



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

|

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

Vasq. & alij 3. *ibid. ref. 42.* Sed contrariū est tutius & verius. Suarez & alij 5. p. 4. *tr. 4. ref. 226.*

39 Officium Defunctorum die 2. Nouembris dicendum, obligat sub mortali. Suarez & alij 24. *ibid. ref. 243.*

I

IEIUNIUM.

1 **S**exagenarij, licet robusti & vegeti, excusantur à ieiunio. Imò nonnulli DD. illos excusant à ieiuniis, quæ uouerunt certis diebus anni in totū vitæ tempus. Sanchez. Quæ vera sunt, etsi annus 60. tantūm esset inchoatus; (Sancius & Nald.) quia in fauorabilibus annus inceptus habetur pro completo. *p. 1. tr. 9. ref. 20 & p. 5 tr. 14. ref. 83.*

2 Licet ministrare carnes pueris ante septennium expletum, in diebus ieiunii; quia nullis legibus obstringuntur. (Sanchez & alij 6.) etsi tunc doli capaces sint. (Sancius) etsi alij hoc negent (Villalob.) Item licet eas ministrare Paganis, qui nullâ lege Ecclesiasticâ obligantur. Necnon perpetuò amentibus. Sanchez & alij. *p. 1. tr. 9. ref. 42.*

T 3

3 Nemo

3 Nemo absens obligatur ad ieiunium oppidi sui. Sanch. & alij 4. quare potest quis aliò se conferre, vt ieiunium vitet. Fagundez. *ibid.* ref. 18. & 19.

4 Manè discedens ex loco domicilij vbi est ieiunium, peruenturus ad locū vbi non est ieiunium, potest sumere ientaculum in loco domicilij, non tamen vesci carnibus; quia peruenturus est ad locum vbi licebit cœnare. Less. & alij 5. Quod puto etiam esse verum, licet eodem die sit ad domicilium suum rediturus. Sanchius. *ibid.* ref. 3.

5 Ieiunium ab Episcopo indictum Religiosos non obligat: Ieiunia tamen generali consuetudine recepta, illos etiam obligant. Suarez & alij 3 *ibi.* ref. 36.

6 Artes quæ nō sunt admodum laboriosæ, non videntur excusare à ieiunio, vt sunt sartorum, & Tonforum. Lessius & alij 10. sutores autem excusantur. Lessius & alij 4. Imò non desunt qui existiment Eugenium IV. omnes artifices indiscriminatim excusare. Fagundez. *ibid.* ref. 7. & 8. Fossores autem, Ferrarii & similes, non tenentur ieiunare etiam illis diebus, quibus non laborant: tum quia à labore præcedenti debilitati sunt, tum quia indigent viribus ad sequen-

quentem. Azor. & alij 2. *ibid.* ref. 9.

7 Qui ex officio quotidie scribunt, à ieiunio excusari, putat San Iuan. Sed alij cōmuniter putant debere consulere suam imbecillitatem. *p. 4. tr. 4. ref. 130.* Qui verò apud Typographos prælum versant, excusantur: sed non qui litteras colligunt. Gordon. *ibid.* ref. 134.

8 Concionatores qui totâ Quadagesimâ concionantur, etsi ob mercedem, excusantur à ieiunio. At qui solis Dominicis diebus, non item, nisi sint debiles. Lectores & qui assiduam cōfessionibus audiendis dant operam, si commodè ieiunare non possunt, excusantur. Fagund. Idem dicendum de Cântoribus, qui mercede canunt, qui etiam ouis in Quadages. vesci possunt causâ vocis conseruandę, si ad hoc necessarium est. Sancius *p. 1. tr. 9. ref. 10. & 11.* De Aduocatis, & procuratoribus, idem dicendum quod de Concionatoribus, nempe illos excusari tantùm, quando eorum labor improbus est, vel tanta imbecillitas, vt studiis aliter satisfacere nequeant. *ibid.* ref. 12.

9 Prægnantes & lactantes excusantur à ieiunio, etsi robustæ sint. Lessius & alij 10. Non possunt tamen vesci ouis,

vel carnibus. Villalob. & San Iuan. p. 4. r. 4. ref. 126.

10 Qui nisi sumptâ vesperi cœnâ, dormire nequit, non tenetur ieiunare, neque manè collatiunculam sumere, & vesperi cœnare; quia nemo tenetur ordinem refectioinum peruertere. Filliuc. & alij 3. p. 1. r. 9. ref. 51.

11 Defessus ex ludo pilæ vel aliâ refectione, non tenetur ieiunare: tenetur tamen abstinere à ludo, si non potest simul ieiunare. Villalob. & alij. Qui verò suscipiunt peregrinationes ad loca sacra, excusantur à ieiunio; neque tenentur differre peregrinationem in aliud tempus. Sancius. *ibid.* ref. 40. & 46.

12 Non tenetur quis eos solos operarios vocare, qui cum moderato labore ieiunare possint, sed potest quoscunque, nullo discrimine. (Fernand.) Nec peccat si seruis onus incompatible cū ieiunio imponat (Sanchez.) Imò potest operarios conducere cum pacto, ut nō ieiunent, ne aliàs minus laborent. Esgund. *ibid.* ref. 13. & p. 4. r. 4. ref. 141.

13 Non frangunt ieiunium famuli qui dominis inseruientes, comedunt reliquias cibi, quas de mensâ tollunt si statim post dominos sunt comesturi.

Item

Item neque seruitores, & lectores ad mensam, qui antè aliquid sumunt etiam sine necessitate, quia reputatur vnica comestio, quæ tunc inchoata paulò post perficitur. Sanchez. *p. 4. tract. 4. ref. 142.*

14 Qui dubitat an expleuerit annum 21. vel an hodie sit dies ieiunij, non tenetur ieiunare. Sanchez. Suar. & alij 6. *ibid. tr. 3. ref. 21.*

15 Si quis cœnans die Iouis dubitet, an sit audita 12. noctis, potest comedere carnes; secus si cœnaret die Sabbathi: quia in priori est libertas edendi, nisi sit 12. in posteriori est obligatio non edendi, nisi sit 12. Sanchez & alij 7. *ibid. ref. 18.*

16 Qui die ieiunij notabiliter anticipat horam comedendi, non peccat mortaliter; quia determinatio horæ non est de essentiâ ieiunij. Si tamen anticipetur sine causâ, peccabitur venialiter, nisi sit exigua anticipatio, vt est vnus mediæ horæ. (Filliuc. & alij 2.) vnde cùm Religiosi habeant priuilegium anticipandi prandium per horam, poterunt sine vllâ culpâ prandere per horam & dimidiam ante meridiem *p. 1. tr. 9. ref. 27. & p. 5. tr. 5. ref. 10.*

17 Qui ieiunans surgit à mensa propter occurrēs aliquod negotium, breui temporis spatio interiecto, potest mensam repetere ad continuandam refectioem. Azor. & alij. Imò Sancius putat id esse licitum, etiam si spatium duarum horarum intercesserit, dummodò surrexerit à mensâ animo reuertendi. *p. 2. tr. 9. ref. 32.*

18 Circa quantitatem collationis serotinæ, quando ab Ecclesiâ indicitur ieiunium, standum est consuetudini, quæ viget apud viros: cōscientiæ timoræ, Lessi. & Bonacin. Licet sumere quātitatem 6. aut 8. vnciarum. Villalob. & Fagund. Imò putant quidam posse sumi quartam partem eorum, quæ sufficerēt ad refectioem ordinariam. Reginald. & alij 2. Sed hoc nimis laxum est. Insuper & qualitas ciborum est attendēda: nam cibos substantiales ad cœnam adhiberi solitos, vt pisces & oua, comedere in collatione, illicitum est, vt communiter DD. ac propterea improbabilis, & falsa est sententia Bonacinæ asserentis, in collatiunculâ illâ, non qualitatem, sed quantitatem esse attendendâ. *ibid. ref. 1. & p. 4. tr. 4. ref. 117.*  
 Quòd si quis inaduerterter cibum sumat

mat per diem, non ob id frangit ieiunium, aut tenetur abstinere à collatione nocturnâ, nisi nimis propinquè ad horam refectionis nocturnæ esset cibus sumptus. Sanchez. *part. 1. tract. 9. resol. 1.*

19 Collatio vespertina non potest fieri cum caseo, lacte, cremore amigdalino, vel triticeo. Sánchez. et si aliud permittat. Turrian. & Bossi. Item neque cum leguminibus: quia illa omnia spectant potissimum ad nutriendum. Laym. & alij 3. *p. 5. tr. 14. res. 12. & 14.*

20 Licet rationabilem ob causam manè collationem sumere, & vesperi cœnare; alioquin est peccatū veniale. Lessius & alij 5. Collatio verò serotina in vigiliâ Natiuitatis sumi potest largiusculè, ratione consuetudinis. Villalob. & alij 3. *p. 1. tr. 9. res. 33. & 35.*

21 Licet in Quadrages. edere quod vulgò dicitur *Biscottum*, etiam si paucillum cui contineat; propter paruitatem materiæ. Ledesm. & alij *ibid. res. 31.*

22 Lacticinia de iure communi, tantum in Quadrages. prohibetur: in ieiuniis verò per annum, ne ex consuetudine quidem, saltem obligante sub mortali, Sanchez & alij. *ibid. res. 41.*

23 Qui



23 Qui vouit ieiunium, potest vtilacti-  
ciniis extra Quadragesimam. Sancius &  
alij. Imò etsi quis vouisset ieiunare in  
Quadragesimâ si dubitet an intenderit  
abstinere à lacticiniis: etsi iis vescatur il-  
ne priuilegio, peccabit quidem contra  
præceptum Ecclesię, sed non contra vo-  
tum. Sanchez. *ibid. ref. 5. & 6.*

24 Dispensatus in esu carniū, cen-  
setur dispensatus ad non ieiunandum:  
quia abstinentia à carnibus est de sub-  
stantiâ ieiunij. Tolet. & alij 9. Quòd si  
talis facultatem habet carnes edendi,  
tantum vt se præseruet ab infirmitate, si  
quo die illas non comedit, tenetur ie-  
iunare. Sin autem eam habet ratione  
infirmitatis præsentis, etsi illas aliquo  
die non comedat, non tamen tenetur  
ieiunare. Imò quando infirmitas est ra-  
lis, quæ per se excusat à ieiunio, licet va-  
letudini eius conduceret ieiunare, &  
oppositum noceret, non tamen tene-  
retur ex præcepto Ecclesię, sed ex na-  
turali abstinentiæ, quod non obligat,  
nisi sub veniali. Sanch. *p. 4. tr. 4. ref. 189.*

25 Qui comedit carnes eo die quo vo-  
uit ieiunium, peccat tantum in prima  
comestione; nam violato semel ieiunio,  
cessat obligatio abstinendi à carnibus.

Fau.

Fau  
26  
con  
pec  
ieit  
&  
27  
esu  
&  
qu  
ne  
fin  
cit  
co  
Ti  
co  
de  
su  
28  
n  
n  
h  
il  
2  
r  
8  
c

Faustus. part. 1. tract. 9. resol. 37.

26 Quoties quis in die ieiunij carnes comedit, vel oua aut lacticia, toties peccat mortaliter. Quia Ecclesia in die ieiunij illa absolutè interdicat. Sanchius & alij. *ibid. res. 45*

27 In die ieiunij paruitas materiæ in esu carniū, excusat à mortali. Sanch. & alij 2. est autem materia parua si quantum cocis permittitur gestare ex necessitate officij, tantum alius sumat sine ratione. Leone. Quoad alios autem cibos materia parua est, quarta pars collationis serotinæ, siue duæ uncia. Turrian. & Leon. quam etsi quis manè comederit, poterit sine mortali prandere in meridie, & vesperi collationem sumere. *ibi. res. 43. & p. 5. tr. 5. res. 32. & 11.*

28 Die Veneris delectari de esu carnis mente concepto, non est peccatum mortale; quia præceptum positium humanum per se non prohibet actus internos. Vasq. & alij 5. p. 3. tr. 5. res. 5.

29 Vfus sanguinis licitus est in Sicilia tempore Quadrages. ex consuetudine, & auctoritate DD. qui docent: quibus diebus ex priuilegio licet comedere oua, caseum, & cetera lacticia, licere etiam comedere lardum, & sagimen: quia

quia pinguedo non est caro, secundum Aristotelem. Henriquez & alij 12. p. 1. tr. 9. ref. 21.

30 Potio vulgò in Hispania dicta *Chocolate* frangit ieiunium; cum sit potius cibus substantialissimus, quam merus potus, & aqua adhibeatur tantum ex necessitate ad dissoluenda alia ingredientia. Sanchez & alij p. 4. tr. 4. ref. 194.

31 Vinipotus, etiam immoderatus, non violat ieiunium, etiam si aliquid edatur, ne potus noceat. Fagund. & alij. p. 1. tr. 9. ref. 23. & 24.

32 Qui die ieiunij ab amico rogatus, sumit modicum cibi urbanitatis causa, ne venialiter quidem peccat. Fagundez. Similiter ad excitandum appetitum infirmorum, possent iis inseruientes aliquid comedere die ieiunij, etiam ex carnibus. Sanch. & Navar. *ibid.* ref. 29 & p. 5. tr. 5. ref. 32.

33 Qui in die ieiunij ter, aut quater comedit, tantum peccat quando secundâ vice comedit: quia præceptum ieiunandi est indiuiduum ex obiecto. Sanchius & Villalobos p. 1. tr. 9. ref. 53.

34 Non peccat dupliciter qui duo ieiunia in eundem diem incidentia violat. Quia peccata non multiplicantur ex diuersita-

uerita-

ueritate præceptorum pertinētium ad eandem virtutem. Suarez, & alij 7. Aliud esset quando Religiosus, v. g. D. Francisci, violaret ieiunium vigiliæ incidentis in feriam sextam, in qua ex vi regulæ tenetur ieiunare, etiam ante annum 21. (Fagund. & alij 10) tunc enim peccaret & contra temperantiam, & contra Religionem, propter votum de seruandâ Regulâ. Vasq. & alij 2. *ibid.* ref. 16. Quamuis hoc ipsum neget Caetan. & Cornejo p. 4. tr. 4. ref. 83.

35 Qui vouit ieiunium in pane & aquâ, si sæpiùs biberit vinum, vnum tantum peccatum committit: quòd si vouisset nihil manducare, nisi panem, & aquâ, peccaret mortaliter quoties vinum biberet, quia toties frangeret votum negatiuum. Sanchez & Portel. p. 1. tract. 9. *resol.* 4.

36 Si quis teneatur ieiunare in pane, & aquâ, & non possit nisi sumēdo aliquid cibi, aut obsonij, non propterea ieiuniū soluit: excusabitur autem ab illo ieiunio, si vino, aut obsonio carere non possit in eâ quantitate, quæ superet materiæ paruitatem; quia non esset ieiunium in pane, & aquâ, ad quod obligatur. Sancius p. 3. tr. 5. ref. 61.

37 Qui

37 Qui vouit omnes sextas ferias ieiunare, si dies Natalis Domini inciderit in feriam 6. non tenetur ieiunare, nisi expressè incluserit in suo voto diem illum. Molina & alij 5. p. 1. tr. 9. ref. 22.

38 Qui vrbauitatis causâ inuitat ad cœnam in die ieiunij eum qui paratus est cœnare, non peccat. Quia non inuitat illum absolutè ad cœnam (cùm per se iam sit paratus) sed ad cœnandum domi suæ. Caiet. & alij 10. modò illa inuitatio non sit absoluta sed tantùm cõditionata v. g. si alibi vis cœnare, (contrarium tamen est probabilius.) Quare qui in die ieiunij carnes vendunt, non peccant. (Fagund.) Neque item caupones, qui omnibus petentibus apponunt cœnam indifferenter. Quia alioquin alienarent hospites, & nihilominus, essent alibi cœnaturi, Ledesm. & alij. *ibid.* ref. 38. & 39. & p. 5. tr. 7. ref. 7.

39 Qui dubitat an obligetur ad ieiunium, petat à Superiore dispensationem, qui facilè concedat. Filliuc. & alij 5. Si autem iudicat causam dispensationis esse minùs sufficientem, debet ieiunium in aliud opus pium commutare. La Cruz. p. 1. tr. 9. ref. 15. Quamuis non esse opus dispensatione, quando  
dubium

dubium esset de graui damno ex obseruatione ieiunij, doceat Saneius: an probabiliter, alij iudicēt. *p. 4. tr. 3. ref. 56.*  
 40 Pater familias tenetur hortari filios, & seruos, vt obseruent ieiunia; non tamen cogere, nec domo eiicere. Tolet. & alij *9 p. 1. tr. 9. ref. 28.*

*Ignorantia.*

1 Ignorantia quæ in aliis materiis esse mortaliter culpabilis, excusat in transgressione præceptorum humanorum, modò non sit crassa, vel affectata: quia illa non obligant cum tanto rigore. Sanch. & alij 2. saltem quando quis putat esse causam excusantem, quæ non est. Lessius & alij *5. p. 4. tract. 4. resol. 35.*

2 Ignorantia illa omnis excusat à peccato, & est inuincibilis, quando non præcessit actualis aliqua cogitatio de malitiâ morali actus, vel saltem dubitatio, vel scrupulus. Vasquez & alij *10. ibid. ref. 36.*

3 Qui operatur cum conscientia distante, solum in genere aliquid esse illicitum, non determinando an mortaliter, an venialiter, tantùm peccat venialiter, quia voluntas adhuc hæret intra

V.

termi-

terminos mali communis, & propter-  
eâ est imperfecta in genere mali. Va-  
lent. & alij 6. p. 1. tr. 7. res. 24. & p. 3. tr. 4.  
res. 162. & p. 5. tr. 5. res. 31.

*Illegitimus.*

- 1 **N**on est illegitimus, cuius conce-  
ptionis tempore erat impedimen-  
tum dirimens inter parentes, modo  
ante eius natiuitatem, sublato impedi-  
mento, matrimonio iuncti fuerint:  
(Sanch. & Sayr.) Neque qui natus est  
ex matrimonio inualide contracto,  
propter occultum impedimentum, mo-  
dò alteruter parens bonâ fide con-  
traxerit. Coninc & alij 3. p. 4. tr. 2. res. 59.  
2 In dubio nemo censendus est illegi-  
timus, vel spurius. Malder. *ibi* tr. 3. res. 61.  
3 Quando duo dubitant, vter illorum  
sit parens prolis illegitimæ, singuli non  
tenentur, nisi ad medietatem alimen-  
torum. Salas & Castro P. *ibid* res. 31.  
4 Possunt Generales Ordinum cum  
illegitimis dispensare ad dignitates &  
officia Ordinis absque Capitulo. Legi-  
timatus autem à magistratu læculari, si  
ingrediatur Religionem, non censetur  
legitimatus ad officia Ordinis: quia ma-  
gistra-

gistratus non tollit impedimenta canonica. Portel & alij. p. 3. tr. 2. ref. 102.

5 Filius Clerici, qui etiam est Clericus, non potest legitimari à Principe laico: quia legitimatio est actus iurisdictionis. p. 1. tr. 2. ref. 112.

*Indulgentia.*

1 POTestas concedendi indulgentias potest acquiri consuetudine prescriptâ, sicut potestas dispensandi in votis. Laym. & alij 3. Illam tamen de facto non habent vel Concilium generale, vel aliqui Prælati Episcopo inferiores, etsi iurisdictionem habeant episcopalem. Granad. & alij 2. p. 5. tract. 12. ref. 21.

2 Indulgentia tot dierum, vel annorum intelligitur de diebus, & annis huius vitæ, & de pœnitentiis tot dierum iniunctis, vel iniungendis. Rodriq. & alij. *ibid.* ref. 39.

3 Ad valorem indulgentiæ requiritur causa non tantum pia, sed etiam proportionata. Suarez & alij 12. etsi contrarium etiam probabile sit. Valent. & alij 3. *ibid.* ref. 10.

4 Quando pro aliquo altari in Ecclesiâ conceditur indulgentia cum

V 2

clau-



clausulâ, vt ea sit nulla, si aliqua alia indulgentia concessa sit illam Ecclesiam visitantibus : hoc intelligitur de indulgentia planè simili, siue pro eodem festo. Vnde si illæ sint pro diuersis confraternitatibus, vel Sanctis nihilominus valebunt. Gauant. & alij 2. p. 6. tr. 8. ref. 31.

5 Ecclesiam destructam, si reedificetur, vel aliò transferatur, retinere omnes indulgentias affirmat Bonacin. & Ghilin. Negat Lugo. sed quando auctoritate Superioris destructa est in pœnam, amittit omnia priuilegia. Laym. Similiter si festum, cui concessa est indulgentia, transferatur non tantùm quoad officium, sed etiam quoad solennitatem, transferri etiam indulgentias docet Syluius. Negant Fagund. & Azor. p. 5. tr. 12. ref. 20. & p. 6. tract. 7. ref. 32. & 31. & tr. 8. ref. 31.

6 Quando amisso numismate cui indulgentia annexa est, aliud in eius locum subrogatur, si casu postea reperitur prius, indulgentias tamen retinet posterius, sed tutius vtrumque seruabitur. Potest autem talis applicatio indulgentiæ fieri solo actu interno. Lugo. p. 6. tr. 7. ref. 33.

7 Non est necesse vt faciens opera præscripta sciat illa facientibus concessam esse indulgentiam. Layman & alij 3. saltem sufficit intentio lucrandi indulgentias, etsi illa non esset principalis: vt si quis in anno iubilæi primario iret Romam ad obtinendum beneficium, aliàs non iturus. Suarez & Granad. p. 5. tr. 12. ref. 6. & p. 4. tr. 4. ref. 24.

8 In indulgentiis omissio illius partis operis iniuncti est leuis, ita vt nihilominus lucreris indulgentiam, quâ omissâ censeris adhuc moraliter opus requisitum fecisse. Suarez & alij 9. non autem si è 5. Pater & Aue omittas vnum. p. 5. tr. 5. ref. 7. & tr. 12. ref. 23.

9 Non est necesse vt opera iniuncta fiant bene moraliter; quia non videtur Pontifex amplius exigere, quàm opus quod sufficit ad implendum præceptum diuinum, vel humanum. Suar. & alij 5. Quòd si quis præ turbâ non possit Ecclesiam præscriptam ingredi, sufficet foris orare; nam etiam cœmeterium tunc venit nomine Ecclesiæ. Laym. & alij 3. p. 5. tr. 12. ref. 5. & 19. Potest autem quis sæpius eodem die lucrari tales indulgentias, si sæpius visitet illâ Ecclesiam. Bonacia. & alij p. 1. tr. 11. ref. 104.

10 Eleemosyna cum requiritur, non debet esse proportionata statui dantis, sed qualibet minima sufficit. Quod si expressè diceretur dandam esse iuxta facultates cuiusque, intelligenda est talis qualem quis extra iubilæum communiter dare consuevit. (Boss.) Pauperes verò qui viuunt de quotidiano labore non tenentur vllam dare. Henric. & alij 5. tutius tamen erit commutationem petere, vel sibi applicari. p. 5. 17. 12. ref. 14. 15. & 31.

11 Potest quis vno opere lucrari plures indulgentias diuersis titulis illi operi concessas, quando illud determinato loco, & tempore est adstrictum ita vt semel tantum fieri possit, v.g. ieiunare pridie S. Ioannis Bapt. secus verò si opus præscriptum potest repeti. Granad. & alij. *ibid.* ref. 11.

12 Excommunicatus etiam contritus & quando non potest obtinere absolutionem, non potest tamen lucrari indulgentias; quia exclusus est à participatione meritorum. Suar. & alij 14. contraria tamen sententia pia est, & probabilis. Henric. & alij 3. *ibid.* ref. 13.

13 Indulgentiam pro defunctis lucrari potest etiam qui est in peccato mortali.

ali. D. Thom. & alij 8. *ibid. ref. 38.*

14 Indulgentiæ certò, & infallibiliter profunt defunctis. Suar. & alij 9. nec est necesse vt animæ peculiariter mereantur in vitâ vt illæ sibi prodesse possent. Granad & alij 3. Imò profunt etiam catechumenis non mortuis tantum, sed & viuis. Granad & alij 5. *Ibid. ref. 8. & 9.*

15 Indulgentia sublato impedimento peccati reuiuiscit, & effectum suum sortitur, sicut Baptismus. Granad. & alij 3. plerique tamen contrarium sentiunt. Suarez & alij 11. *Ibid. ref. 4. & p. 4. tr. 4. ref. 94.*

*Inquisitores.**Eorum potestas.*

1 Iurisdicatio Inquisitorum in se, & à principio est delegata, & habet omnes excellentias delegatæ, sed caret eius imperfectionibus. Barbof. & alij 3. Vnde causas hæresis potest alteri delegare. Imò & an horum delegatus non possit subdelegare, dubium est. Pegna & alij. *p. 4. tr. 8. ref. 1. & 18.*

2 Non est cumulatiua, sed priuatiua; neque enim tunc possunt Episcopi de

hæresi cognoscere. (Molina & alij 6.)  
Nec edicta fidei proponere, saltem in  
regnis Hispan. Molina. *ibid.* ref. 2. & 126.

3 Extendit se non solum ad ea, quæ  
ipsis competunt ex iure communi, sed  
etiam quæ ex consuetudine. Molina &  
alij 9. Estque tota Ecclesiastica, etsi et-  
iam sunt iudices in causis ciuilibus  
suorum familiarium. Narbona & alij.  
*ibid.* ref. 55. & p. 1. tr. 2. ref. 136.

4. Habent familiam armatam, & hanc  
armorum licentiam suis ministris et-  
iam aduocatis, & consultoribus pos-  
sunt concedere. Pegna & alij 5. Nec  
possunt ab Inquisitore generali aut de-  
poni, aut de loco in locum transferri,  
sine iustâ causâ. Imò si causa mutandi  
est ex aliorum parte iniusta; vt quia, v. g.  
contra eos sunt odia, vel dissensiones  
personarum principum, debent de me-  
liori inquisitione prouideri. Zanard. &  
alij. p. 4. tr. 8. ref. 31. & 34. Quòd si sint  
Regulares, non solum puniri nequeunt  
à suis Superioribus delinquentes in pro-  
prio officio, sed neque in aliis, saltem  
eâ pœnâ quæ aliquo modo impedire  
posset propriij officij exercitium. Fari-  
nac & Castro. *ibid.* ref. 53.

5 Si Episcopus & Inquisitores incom-  
patibi-

patibilia præcipiant. v.g. vt reus eâdem horâ apud ipsos compareat, debet parere Inquisitori potius, quàm Episcopo. Azor. & alij 4. *ibid. ref. 47.*

6 Si Inquisitor recusatur iudex, vt suspectus, recurrendum est ad summum Inquisitorem. Pegna *ibid. ref. 5.*

7 Ad declarationem propositionum vocari solent Qualificatores, etsi id fortè necessarium non est, quando Inquisitores sunt Theologi. Freytas. *ibid. ref. 84.* Consultorum tamen suffragia non sunt decisiva, sed consultiva tantum. Barbosa & alij 11. *ibid. tr. 7 ref. 38.*

8 Non possunt ipsi legere libros hæreticos, sed solus Inquisitor generalis. (Suarez & alij.) Vnde nec alijs id concedere (Sanchez.) Nec dispensare in irregularitate contracta ex hæresi. Suarez & alij 3. *ibi. tr. 8. ref. 46. 99. & 85.*

9 Possunt cogere per censuras, vt tam Clerus, quàm populus confluant in templum ad audiendum edictum fidei. (Narbona & alij 2.) Sicut & iudicè laicum ad executionem sententiæ à se latae, & si negligat, contra illum procedere, tamquam fauorem hæreticorû. Pegna & alij 9. *ibid. ref. 89. 26 & 65.* Hinc tamen nullam incurrunt irregularita-

tem. p. 1. tract. 2. ref. 135. Imò quomodo-  
cumque concurrant ad reorum con-  
demnationem non fiunt irregulares ex  
decreto Pauli IV. & Pij V. Auila & alij  
9. p. 4. tr. 8. ref. 51.

10 Quælibet statuta Dominorum  
temporalium impediencia iurisdictionem Inqu-  
sitorum, sunt ipso iure nulla,  
possuntque hi cogere illos sub penâ  
excommunicationis ad ea reuocanda.  
Barbosa & alij 5. *ibid.* ref. 104.

11 Etsi possint Rei appellare à senten-  
tiâ interlocutoriâ non tamen à defini-  
tiuâ. vel ipsi, vel eorum hæredes. Fari-  
nac. & alij 5. Imò ne quidem superiorem  
adire possunt per viam querelæ, & sup-  
plicationis. Carrera & Simanca. *ibid.*  
ref. 20. & 32.

12 Inquisitores non excusantur à resi-  
dentiâ parochiali. (Sanctarell. & Gon-  
zales.) In suis tamen præbendis, & di-  
gnitatibus habentur pro præsentibus,  
etiam quoad distributiones quotidiana-  
has. Garcias & alij 5. *ibid.* ref. 71.

13 Debent esse magis iurisperiti, quàm  
Theologi. (Simanca & Scaccia.) Non  
tamen habere ætatem 40. annorum  
saltem, prout iam in praxi eliguntur.  
Sanctarell. & alij 3. *ibid.* ref. 52. & 54.

14 In Inquisitione Hispan. Inquisitores, vel eorum ministri, non solum munera, sed & esculenta, aut poculenta prohibentur accipere. Scaccia. Quod si prætenu officij sui pecuniam extorqueant, incurrunt excomm. *Clementin. 2. de hæret. Suarez. ibid. ref. 8. & 28.*

15 Iurisdicção Inquisitorum non expirat morte concedentis. v. g. Papæ, vel supremi Inquisitoris, etsi fuerit concessa cum clausulâ, *ad beneplacitum*: Imò nec Vicarij, seu Commissarij, aut alterius delegati, expirat per mortem Inquisitoris. Sanchez & alij, *ibid. ref. 19.*

*In quos habeant iurisdictionem.*

16 **E**pis copum etiam titularem tantum, vel electum, & non confirmatum, quamuis Inquisitores nõ possint capere (nisi fortè quando esset suspectus de fugâ, vel aliquid moliretur in detrimentum fidei) possunt tamen dicta testium contra illum accipere, ut sic negotium instructum ad Pontificem mittant. Suarez & alij. *ibid. ref. 21.* Generales Ordinum non habent idem hoc priuilegium cum Episcopis. Non debent tamen contra illos procedere Inquisitores, sed admonere supremum  
Sena-



Senatum Inquisitionis. Zanard. & alij  
2. *ibid.* ref. 23.

17 Non possunt procedere contra  
Nuntios, aut Officiales Sedis Apostoli-  
cæ. Suarez & alij 8. Neque Inquisitor  
contra alium Inquisitorem; quia paria  
parem non habet iurisdictionem. Suar.  
& alij 3. *ibid.* ref. 24. & 25.

18 Non baptizatus sicut non subest  
Ecclesiæ, ita nec Inquisitoribus: quod si  
dubitetur, præsumitur baptizatus, si  
natus est, & educatus inter Christia-  
nos; non si inter infideles. Quod si ab  
his captus esset ante annos discretio-  
nis, non posset puniri ut hæreticus;  
quia non fuit sufficienter instructus in  
fide. Cantera. Suar. & alij 2. *ibid.* ref. 78.  
& 113.

*De quibus cognoscant.*

19 **P**ossunt cognoscere non solum de  
causa hæresis, sed etiam de omni-  
bus connexis, & incidentibus. (Pegna  
& alij 3.) Sicut animaduertunt non so-  
lum in propositiones hæreticas, sed et-  
iam in alias inferioris notæ, ut hæresim  
sapientes, &c. Lorca. Verba tamen du-  
bia, in sensu catholico sunt accipienda,  
nisi obstat qualitas personæ suspectæ.  
Rojas & alij 5. *ibid.* ref. 70. 94. & 83.

20 Pos.

20 Possunt punire disputantes de fide in casibus à iure prohibitis. Farinac. & alij 2. Itemque assistentes conuenticulis hæreticorum: si enim id fiat in partibus Catholicorum, etiam semel tantum, fieret vehementer de hæresi suspectus, nisi ignorantia, vel qualitas personæ in contrarium concurreret. Quòd si id fiat in partibus hæreticorum, etiam per duas vices, non parit nisi leuē suspicionem. Sousa & alij 5. *ibid.* ref. 56. & 93. Laicus tamen quando est doctus potest disputare cum hæretico. Hurtadus & alij 5 p. 5. *tr.* 13. ref. 22.

21 Qui in sortilegiis usus est aliquo Sacramēto, vt oleo sacro, chrismate, &c. puniendus est ab Inquisitoribus. Idemque est si misceantur Sacramentalia, aut etiam verba sacra, vt Euangelium, Oratio Dominica, &c. vel Agnus Dei, vel similes res sacræ, vt vestes Sacerdotales, & à fortiori, si reliquiæ Sanctorū: hæc enim omnia hæresim sapiunt. Del Rio & alij 4. *imò* ex Bullâ Sixti V. cognoscunt de sortilegiis, etiam non sapientibus hæresim, non tamen priuatiuè quoad Episcopos. (Leone.) Item puniuntur ab ipsis qui ope dæmonis præterita vel præsentia indicant, v. g. furta: quia

quia omne cum dæmone commercium hæresim sapit. Simanca & Spina. p. 4. tr. 8. ref. 13. 14. 107. 119. & 15.

22 Puniuntur ab Inquisitoribus tamquam suspecti de hæresi, qui deturpant vel lacerant schedulas affixas, quibus aliqui declarantur excommunicati. (Homobon.) Qui in communione sumunt plures, aut maiores hostias. (La Cruz & Heredia.) Qui non communicant, & confitentur in Paschate, vel qui carnes diebus veneris comedunt. Sanctarell. & alij 4. *ibi. ref. 103. 38. & 96.*

23 Non possunt punire confessarios violantes sigillum confessionis, nisi simul adesset error in intellectu. (Molfes.) Sed puniunt eos, qui ipso met factis, aut verbis lædunt: læditur enim S. Officium. Bobadilla & alij 3. *ibid. ref. 95. & 91.*

24 Spectat ad Inquisitores examinare reuelationes muliercularum. (Simanca & alij 2.) & inuigilare, vt ne non beatorum imaginis cum signis Sanctitatis publicè exponantur, iuxta constitutionem Urbani VIII. Item procedere contra Ægyptianas quæ bonam, vel malam fortunam diuinant. Villadiego. *ibid. ref. 125. 127. & 128.*

25 Qui

25 Quicumque consilium etiam iuratum, dederit reo ab Inquisitoribus incarcerato, ipsis insciis, est ab iisdem puniendus. Freitas & alij 2. *ibid. res. 67.*

26 Inquisitores non sunt iudices competentes circa reconciliatos vulgò *San Benitados*, nisi inter se rixentur, dum sunt in carceribus, vel propter habitum poenitentiae vnus alteri conuitia dixerit. Pegna & alij 3. *ibid. res. 69.*

*Modus procedendi.*

27 Possunt non solum verbaliter, sed & realiter citare, & capere reum in alieno territorio, & mandare, vt ad se transmittantur libri, & alia necessaria ad causam sine licentiâ dominorum loci, etiam Ecclesiasticorum. Scacea & Simanca. Vt tamen possit capi, debent esse indicia sufficientia ad torturam. Rojas & alij *ibid. res. 7. & 11.*

28 Possunt ex leui suspitione formare inquisitionem, & interrogare reum, et si non præcedat diffamatio, quando est homo vilis; secus si honestus, nobilis, & religiosus. Dicitur autem leuis suspicio comparatiuè ad vehementem, debet enim in se esse notabilis, iudicis arbitrio. Freitas & alij *ibid. res. 4. & 39.* Quòd si denuntiatio facta esset per chartam  
sine

sine nomine, in quâ etiam testes nominarentur, non potest reus ex vi huius examinari: quia est suspecta. Sed præcipua ratio est praxis, cum etiam inimicus capitalis possit accusare. *ibid. ref. 41.*

29 Post sententiam absolutoriam in crimine hæresis, si noua superueniant indicia, coniunguntur cum prioribus, & potest reus de nouo examinari, & puniri. (Pegna & alij 4.) Quòd si imposita fuit pœna arbitraria, quæ nondum est impleta, si post superueniat plena probatio, puniri debet pœnâ ordinariâ: si autem impleta est, debet detrahi de secundâ, nisi hæc esset capitalis, quæ minui non potest, cum sit indiuisibilis. Castro P. *ibid. tr. 7. ref. 35.*

30 In causis fidei possunt procedere simpliciter, & de plano sine strepitu, & figurâ iudicij, seruatis tamen iis, quæ per se necessaria sunt ad equitatem sententiæ Pegna & alij 6. *ibid. tr. 8. ref. 48.* Hinc non tenentur, dum interrogant reum, manifestare ei indicia, & semipleenam probationem, ex qua ius habeant interrogandi, quamuis ad hoc teneantur in aliis criminibus exceptis, vt læsæ maiestatis, &c. Peguera. *ibid. ref. 130.*

31 Non possunt Inquisit. promittere

reo impunitatem si verum fateatur;  
nam esset nihilominus puniendus, præ-  
sertim si esset relapsus. Cantera & alij.  
*ibid. ref. 22.*

32 Securius est, ut reis de hæresi non  
concedatur Confessarius ante iudicia-  
lem confessionem, et si id petant. Item  
quamuis concedatur ipsis Aduocatus,  
non tamen Procurator Regna & alij 3.  
*ibid. ref. 6. & 9.*

## Torturæ

33 **I**nquisitores debent esse prouisi ad  
torturam: quia crimen hæresis  
suapte naturâ occultum est, & difficilis  
probationis. Rojas & alij 3. *ibid. tract. 6.  
ref. 1.* Et cum vehementia sunt indicia,  
si reus potest, debet torqueri, ut vel ab-  
soluatur, vel pœnâ ordinariâ puniatur.  
Sanchez & alij 3. *ibid. ref. 18.*

34 Potest reus appellare à sententiâ  
torturæ, & appellatio debet admitti,  
nisi esset friuola, & calumniosa, qualis  
est, quando in processu litis allata sunt  
legitima indicia ad torturam, nec pur-  
gata sunt in termino concessio ad de-  
fendendum. Farina c. & alij 9. *ib. ref. 20.*

35 Antè quàm torqueri quis possit,  
debet ei exhiberi copia indiciorum  
& depositionum, sine nominibus re-  
o

men testium, aut iis circumstantiis, ex quibus ipsi possent innotescere. Barbo- la & alij 11. *ibid. res. 28.* Quòd si reus sit minor 25. annis, debet ei dari curator, sed non ex Officialibus S. Officij: & confessio rei sine curatore, etiam spon- tanea, & iurata, nullius est momenti. Rojas & alij 5. Non est tamen necesse hunc interesse torturæ. *ibid. res. 31.*

36. Confessus proprium delictum, non potest torqueri pro complicibus, nisi sit semiplena probatio, quòd socios ha- beat. Inò hæc tortura leuior esse debet, quàm in proprio delicto. Lessius & alij. Quando autem sic torquendus est, debet ad id condemnari cum clausu- lâ: *circa præiudicium probatorum*: quæ hoc operatur, vt quamvis proprium delictum itesum neget, nullum inde sit præiudicium ad condemnationem. Delrio & alij 11. *ibid. res. 27. & 32.*

37. Si reus ad interrogata pertinaciter renuat respondere, potest per torturam ad hoc cogi. Bald. & alij 10. *ibid. res. 34.* Quando autem plures sunt complicés delicti, prior torquendus est à quo fa- ciliùs veritas elici poterit, id est, qui ti- midior, debilior, deterior fuerit. Za- nard. & alij 9. *ibid. res. 26.*

38 In tribunali Inquisitionis omnes personæ priuilegiatæ possunt torqueri, exceptis minoribus annis 14. senibus, & prægnantibus vsque ad 40. diem à partu pueri tamen, & senes terreri possunt, non prægnantes. (Sanch. & alij 6.) Nobiles etiam ceteris paribus mitius torquendi, quàm alij. (Delrio.) & Clerici quàm laici. (Zanard.) Imò probabile est, Clericum etsi plurima sint indicia, quamdiu non est diffamatus de crimine, non posse torqueri. (Cantera & alij 11.) Sed contrarium est probabilius, maximè in crimine hæresis. Zanard. & alij 5. *ibid.* ref. 29. & 36.

39 Quanta debeant esse indicia ad torturam, Inquisitorum prudentiæ relinquitur. Quòd si quis torqueretur sine sufficientibus, eius confessio esset nulla, nec posset ex eâ condemnari. Binsfeld. & alij. Porrò indicia hæc probari possunt per vnum testem omni exceptione maiorem, qui deponit de ipsomet delicto, putà, quia audiuit Caium blasphemantem: si verò tantum deponeret de aliquo actu remoto, vel proximo ipsi maleficio, necessarij essent duo testes. (Clarus & alij) sed sufficiunt aliàs inidonei, ut familiares, infames, &c.



modò sint contestes ( Rojas & alij 5.)  
 Imò nec vnus testis omni exceptione  
 maior sufficit , quando reus est bonæ  
 famæ. ( Sanch. & alij 7.) Quòd si sit  
 malæ famæ, sufficit vnus testis de visu,  
 etsi non sit omni exceptione maior. Fa-  
 rinac. & alij 3. *ibid.* ref. 2. 3. & 6.

40 Ex vnico indicio remoto , etiam  
 per duos testes probato , non potest  
 reus torqueri, sed debent minimùm es-  
 se duo , nisi illud vnicum esset proxi-  
 mum , & delictum maximè inferens.  
 ( Pegna & alij ) Quando tamen essent  
 plura indicia quæ testibus singulis pro-  
 barentur , sufficerent ad torturam.  
 Freytas & alij 6. *ibid.* ref. 4 & 5.

41 Vnus socius criminis non facit se-  
 miplenam probationem, aut sufficien-  
 tem ad torturam, nisi alia concurrant,  
 vt sunt 1. stricta amicitia cum tali so-  
 cio 2. secreta inter illos collocutio. 3. fa-  
 ma. 4. fuga accusati. 5. alij testes de au-  
 ditu. ( Soufa.) In crimine verò magiæ,  
 etsi duæ sagæ , etiam de visu testaren-  
 tur interfuisse conuentibus, &c. perso-  
 nam aliquam bonæ famæ , non potest  
 ex eo procedi ad torturam. Tanner. &  
 alij *ibid.* ref. 7. & 30. Sed notandum, vt  
 illa adminicula sufficiant, non debent  
 esse

esse plures defectus in socio criminis: nam vt plura adminicula faciunt probationem, sic plures defectus eam destrunt. (Farinac. & alij 9.) Vnde etiam tot adminicula, & præsumptiones possunt concurrere cum testimonio vnius socij criminis, vt sufficiat ad torturam rei, etiam aliàs bonæ famę. (Farinac.) Non est tamen necesse, vt socij criminis dictum suum in torturâ sustineant. Freitas & alij 2. *ibid.* ref. 8. 9. & 10.

42 Vt quis possit torqueri, non sufficit sola fama, nisi adminiculis iuuetur, quòd reus vilis sit, & infamatus, quòd orta sit nō à maleuolis, sed fide dignis, quòd ipsa per testes idoneos probetur. (Sanchez & alij 9.) Neque satis est si reus accusatus fugiat; sed si ante accusationem fugeret post commissum delictum, præberet indicium sufficiens ad torturam, tamquam semiplenæ probationis. (Simanca & alij 3.) Neque si deprehendatur in reo mendacium, aut variatio quoad circumstantias delicti, nisi alia accedant indicia, coniecturæ, & præsumptiones. Lessius & alij 8. Sufficit tamen confessio rei extrajudicialis, si 1. est verosimilis. 2. si facta est se-

riò, & non iocosè, neque ex calore iracundia. 3. si est specialis, quo loco, & tempore factum sit. 4. si probetur duobus testibus saltem singularibus. Menoch. & alij 18. *ibid. ref. 13. 14. 15 & 12.*

43 Reus tēpore torturæ non est particulatim de re aliquâ interrogandus; hoc enim esset ad falsitatem inducere, cum sapè quilibet tunc dicant vi tormentorum. Rojas & alij 3. *ibid. ref. 19.*

44 Reus semel tortus, & non confessus, non potest iterum torqueri, nisi noua superueniant indicia planè distincta à prioribus, & quæ per se sufficerent ad torturam. Pegna & alij. *ibid. ref. 16.*

45 Reus in torturâ crimen confessus, debet eandem confessionem extra locum torturæ, & post 24. horas ratificare. Gomez & alij. Quòd si tunc confessionem reuocet, potest iterum torqueri. (Lessius & alij 15.) Sed si idem faciat secundâ vice, non potest amplius torqueri: nisi fortè vtraque vice leuissimè fuisset tortus, & in posteriori confessione alia noua signa prioribus addidisset. Pegna & alij. *ibid. ref. 22. 23. & 24.*

46 Inquisitor, qui secutus opinionem probabilem relictâ probabiliori, iussit

torqueri reum, non potest propter hoc à suo Visitatore puniri. Delrio & Sancius. *ibid. ref. 38.*

## Sententia.

47 **N**eminem vnquam Inquisitores tradere possunt brachio sæculari inconsulto supremo senatu Inquisit, quia illud inter causas grauissimas cõputatur. Molina. nec possunt in Hispaniâ aliquem Religiosum, aut nobilem, aut aliâ ratione insignem comprehendere, nisi ex præscripto eiusdem Senatus, missis ad eum indiciis, & probationibus. *Castro P. ibid. tr. 8. ref 121.*

48 Vbi plures sunt Inquisitores non potest vnus sine altero procedere ad capturâ, neque ad purgationem indicendam, neque ad publicationem testium, neque ad copiam actorum reddendam. Intellige, si alter etiam est præsens. Imò independenter à particulari praxi Hispan. quilibet Inquisitor per se potest procedere independenter ab altero. *ibid. ref. 90. & 66.*

49 Inquisitores sine Episcopo non possunt, aut sententiam torturæ ferre, aut actu reum torquere, aliàs omnia erunt inualida. (Farinac. & alij 2.) Aut cogere ad abiurationem. (Molina & alij.)

alij.) Si tamen facerent, actus teneret, & reus teneretur sub pœnâ relapsi. (Farinac.) Aut etiam ferre sententiam absolutoriam rei. (Azor. & alij 3.) Quòd si dissensio sit suffragiorum inter Episcopum, & Inquisitores, remittitur causa in Inquisitione Rom. ad Pontificem; in Hispanicâ, ad supremum Inquisitorem. Molina & alij. Idemque in his omnibus dicendum de Vicario Episcopi, Sede vacante. Simanca, & alij. 3. *ibid.* *res.* 49. 50. 33. & *tract.* 6. *res.* 17. & *tr.* 7. *res.* 37. Non possunt tamen permittere laicis, ut vnus ipsorum assistat in causis fidei (sicut fit Venetiis) nisi ex speciali priuilegio Papæ. Zanard. *ib. tr.* 8. *res.* 105. 50. Debent sententias ferre de die & non de nocte, nisi multitudo negotiorum ad hoc cogat, & in publico, & in scripto, aliter non valent; non tamen necessariò sedētes pro tribunali. Pegna. Actum verò publicum traditionis Curiaë sæculari, & executionis, debent exercere in die festo, ob maiorem concursum populi. *ibid. res.* 106. & 98.

51 Ex præsumptionibus & indiciis plenè probatis, potest hæreticus condemnari ad pœnam extraordinariam, stragem, fustigationis, exilij, carceris, &c.

&c. non tamē ad pœnam ordinariam, sed ad hanc probationes debent esse luce meridianâ clariore. Menoch. & alij 2. *ibid. ref. 36.* Sed infra docet ex præsumptionibus, & indiciis indubitatis, posse infligi pœnam ordinariam, vt si quis è genere iudæorum faciat aliquam cæremoniam iudaicam. Ex Cantera. *ibid. ref. 116.* Item ad pœnam ordinariam duę semiplenæ probationes nō possunt inter se vniri, nisi concurrant alia indicia. Cantera *ibid. tr. 7. ref. 30.*

52 Abiuratio de leui, potest etiam fieri publicè; & de vehementi, priuatim, quando ita Inquisitoribus ex iustâ causâ videretur. Aetas autem necessaria ad abiurandum in masculis est annus 14. in feminis 12. *ibid. ref. 33.* Abiurantes de leui, possunt compelli abiurare omnem hæresim generatim. Zecchius & alij 2. Porro qui abiurarunt de vehementi, si in secundo lapsu plenè conuincantur hæretici, puniendi sunt tamquam relapsi, non verò si priùs tantùm abiurarent de leui; vel si secundâ vice non conuincantur hæretici, sed tantùm fautores eorum. Similiter qui abiurarunt de vehementi, non possunt admitti ad audiendas confessiones; possunt qui

tantum abiurarunt de leui: neutri tamen sunt irregulares. Sed Regulares in utroque casu fiunt inhabiles ad officia & dignitates, ex decreto Urbani VIII. *ibid.* tr. 8. ref. 64. 30. & 68.

*Confiscatio bonorum.*

- 53 **S**equestratio bonorum & descriptio in ordine ad confiscationem non est facienda, nisi in capturâ pro hæresi formali, non autem pro aliis delictis sapientibus hæresim. Rojas & alij 5. Bona autem illa, etsi sint Ecclesiasticorum, in Hispanicâ Inquis. applicantur fisco regio; quia Rex aliunde Inquisitoribus prospicit. Sanchez & alij 11. Quare non possunt illa bona hæreticis pœnitentibus relinquere: quia fiscus ad ea habet ius. Simanca & alij 3. Non tamen tenentur restituere fisco, etsi non damnent reum quando debent: quia ius fisci ad illa bona tantum est remotum, & suppositâ sententiâ. De Moura. *ibid.* ref. 86. 43. 44. & 108.
- 54 Filiis hæreticorum ne sustentatio quidem de iure debetur: in Hispaniâ tamen solent filix minores apud matronas honestas collocari, filij arti mechanicæ applicari; qui verò per valetudinem, vel ætatem, laborare nequeunt,

queunt, ex misericordia tenuia alimenta accipiant. Sanchez & Pegna. *ibid.* ref. 45.

55 Fiscus debet satisfacere debitis rei quæ contracta sunt ante delictum : si hoc est dubium, incumbit fisco probare fuisse post contracta. Zecchius. Neque potest confiscare maioratus institutos, non solum ex bonis propriis, sed etiam à Rege donatis: neque bona fidei commisso subiecta, vel alienari prohibita, nisi id factum esset in solum fauorem delinquētis. (Vasq. & Sanchez.) Neque bona castrensia, aut quasi castrensia filij, sed hæc cedunt patri. Sanchez & Sanctarel. quod à fortiori dicendum de bonis profectitiis. Couarru. *ibid.* ref. 59. 60. & 61.

56 Quando Inquisitores reuocant bona ab hæreticis post delictum alienata, non tenentur emptoribus pretium restituere. (Vasq. & alij.) Nisi illud vel extet inter bona Rei, vel in eius utilitatē sit conuersum: quia à tempore delicti, non poterat illa vendere ; quia erant fisco obligata *ibid.* ref. 92.

57 Qui contumaces fuerunt, id est, qui ter citati non comparuerunt, si post annum compareant, audiuntur quoad



ad suam personam, non quoad bona  
confiscata. Sanchez & alij. *ibid. ref. 42.*

*Pœna delictorum.*

58 **A** Postata qui apud infideles abne-  
garunt fidem, si spontè petant  
reconciliationem, & dicant se fidem in-  
teriùs seruasse, debent abiurare vt ve-  
hementer suspecti: si verò etiam inte-  
riùs abnegarunt, debent abiurare vt  
formales apostatæ, & grauiùs puniri.  
Quòd si non compareant sponte; tunc  
si negant internam abnegationem, tor-  
quentur super intentione, & persistentes  
in negatione, abiurant de vehemen-  
ti; sin autem fatentur, de iure ad perpe-  
tuum carcerem sunt damnandi, sed fe-  
rè arbitrariis pœnis puniuntur pecu-  
niæ, triremium, &c. *ibid. tr. 7. ref. 3.*

59 Astrologi iudicarij prædicentes fu-  
tura contingentia, etsi asserant se non  
certò id affirmare, possunt pœnis cano-  
nicis puniri, vel etiam aliis arbitrarijs.  
*ibid. ref. 17.*

60 Qui fingit se infidelem, & iterùm  
petit baptisari, vt eo modo obtineat  
elemosynas, debet abiurare: quia ipsum  
factum adfert suspicionem hæresis  
propter abusum Sacramenti. *p. 6. tr. 8.  
ref. 9.*

61 Binas simul nuptias contrahentes secundum stylum inquisitionis Rom. vt vehementer suspecti, torquentur super intentione, & negantes, post abiurationem, damnantur ad triremes per quinquennium, vel septennium, iuxta Hispan. verò, vt leuiter suspecti, non torquentur, sed pœnitentiis salutaribus, vel etiam triremibus puniuntur. Antequam tamen in hoc crimine procedatur ad capturam, debet præcedere plena probatio. *p. 4. tr. 7. res. 4.*

62 Blasphemi hæreticaliter in Inquis. Hispan. ferè tantùm abiurant de leui: pœnæ verò sunt pro qualitate delicti: blasphemix autẽ hæreticales sunt, quæ continent falsitatem contra fidem formaliter, vel virtualiter, vt cùm quis Deum nominat iniustum, etsi non affirmet esse talem. *ibid. res. 8.*

63 Clerici in sacris, vel Religiosi matrimonium contrahentes, abiuraant de leui, & ad triremes ad minùs per quinquennium damnantur, nisi alia indicia sint vehementis suspicionis, vt si talis esset de prouinciâ infectâ hæresi Lutheranâ. Similiter & contrahentes cum hæreticâ, fiunt suspecti. *ibid. res. 3.*

64 Confessarij sollicitantes iuxta Rom. sunt

sunt vehementer suspecti; iuxta Hispan. leniter, & consequenter illi torquent, hi non. Pœnæ verò ordinariæ ex constitut. Gregorij XV. sunt suspensio ab executione Ordinis, privatio beneficiorum, & officiorum, ac perpetua inhabilitas ad illa, & si sint Religiosi, privatio vocis activæ & passivæ. Interdum etiam adduntur alię pœnæ pro qualitate delicti, vt damnatio ad triremes, vel carcerem perpetuum *ibid. ref. 7.*

65 Si non Sacerdos confessiones audiat, & absoluat; si est laicus, & vilis persona, fustibus cæditur, & ad triremes mittitur; si sit persona honesta & religiosa, ad triremes: si talis est, vt ad eas mitti nō debeat, in exilium; & si est in aliquo Ordine, ab eo suspenditur toto exilij tempore. Imò secundum Bullas, tradi deberent Curix sæculari, sed id non servat Inquisit. Hispan. Idemq; est de non Sacerdotibus celebrantibus Missam, etsi non proferant verba consecrationis, aut etiam illam non perficiant, modò vestibus Sacerdotalibus induti illam incipiant. *ibid. ref. 11. & 12.*

66 Conculcantes, vel percutientes crucem, aut imagines sacras, fiunt de hæresi suspecti, etsi id fiat ex iracundiâ, &

& puniuntur pœnis arbitrariis. *ib. ref. 9.*

67 In excomm. per annum absordescentes, etsi vt suspecti puniri possunt, non solent. nisi in excomm. ex causâ fidei *ibid. ref. 18.*

68 Hæreticis & dogmatizantibus rarò reconciliatio est concedenda, etsi pœnitentiam ostendant, præsertim si tunc id faciant, quando iam iam sunt Curie sæculari tradendi. *ibid. ref. 23.*

69 Hæretici absentes conuicti, si citati non compareant, infra 30. dies traduntur Curie sæculari, & eorum statua comburitur. Si verò non sint conuicti, & eodem modo citati, additâ etiam excomm. non compareant infra annum, declarantur hæretici, & bona confiscantur à die quo testes deposuerunt eos in hæresim incidisse. *ibid. ref. 27.*

70 Hæretici defuncti, si talis plenè probatus est, vel si in carcere se interemit, vel etiam si per annū contumax fuit in excomm. ex causâ fidei ( ex quibus sufficienter quis probatur hæreticus ) damnatur memoria, statua comburitur, ossa exhumantur, si distinguere possint, bona confiscantur. Et quamvis contra confiscationem præ-

scri-

scribatur spatio 40. annorum, contra  
memoriæ tamen damnationem, &  
statuæ combustionem, nullo tempore.  
*ibid. ref. 28.*

71 Hæretici pœnitentes post publica-  
tos contra eos testes, (si enim ante ac-  
cusationem pœniteant, mitiùs sunt pu-  
niendi) ad perpetuos carceres damnan-  
tur: possunt tamen Inquisitores ante  
latam sententiam id mutare in aliam  
pœnam arbitrariam. Nam post senten-  
tiam semel latam, solus supremus In-  
quisitor illam potest mutare, saltem in.  
Inquisit. Hispan. Quòd si tamen solum  
pœniterent in publico theatro, proxi-  
mè ad supplicium, vix videtur haben-  
da fides. *ibid. ref. 24.*

72 Hæretici impœnitentes puniuntur  
morte, vel etiam impœnitentes fictio-  
ne iuris, id est, qui negant se vñquam  
hæreticos fuisse, etsi crimen contra eos  
plenè probatum sit: Oblivio enim hic  
non præsumitur, sicut in nullis factis  
aribus, & atrocibus. Idem dicendum  
est de confitente diminuto, id est, qui  
vel non omnes suos errores vult fate-  
ri, vel negat de complicibus, quos tamè  
scire conuincitur: sed in his faciliùs ad-  
mittitur oblivio. *ibid. ref. 25.* Qui autem

con-

confessus hæresim, ante impletam  
pœnitentiam reuocat illam confessio-  
nem, non probans causam talis reuo-  
cationis, impenitens, & negatiuus cen-  
setur, & nisi respiscat, tradendus est  
Curiã seculari. Excipe, si reuocaret in  
continenti, id est, in præsentia iudicis,  
non autem intra triduum. *ibi. res. 22.*

73 Qui confitetur verba vel facta hæ-  
retica, sed negat intentionem, de hac  
est torquendus: si autem non solum  
ipse fatetur, sed & de his conuincitur,  
tamquam hæreticus negatiuus traden-  
dus est Curiã seculari. *ibid. res. 34.*

74 Hæretici relapsi non possunt excu-  
sari quin tradantur Curiã seculari nisi  
sponte redirent ad pœnitentiam. Sed  
nō dicitur sponte redire, qui redit quia  
timet, vel facile præuidere potest se ac-  
cusandum. Non potest tamen damnari  
vt relapsus, qui secunda vice tantum  
est vehementer suspectus. *ibid. res. 26.*

75 Fautores, defensores, receptatores,  
&c. hæreticorum fiunt omnes suspe-  
cti, sed non æqualiter; hinc prudentiã  
Inquisit. permittitur cogere eos abiur-  
rare, vel de leui, vel de vehemenci: pu-  
niuntur arbitrarie, pecuniâ, exilio, fu-  
stigatione, irremibus, imo & confisca-

tionem bonorum, quæ omnia intelligenda, etsi favor fuerit inefficax, ut quia nihilominus ab Inquisit. reus est captus. Non denuntiantes autem hæreticos, non fiunt inde suspecti, nisi ex officio ad hoc teneantur. *ibid. res. 21.*

76 Retinentes vel legentes libros hæreticos fiunt suspecti vehementer, vel leuiter pro qualitate facti, & personarum ordinariè tamen tantum abiurant de leui, & pœnæ etiam leuiore iis imponuntur. *ibid. res. 6.*

77 Impedientes officium S. Inquisitionis sunt de fide suspecti, non tantum si id faciant ex odio fidei, sed etiam ex amore consanguinitatis, amicitia, pretio, &c. abiurant tamen solum de leui, ac mitius puniuntur. *ibid. res. 13.*

78 Transferentes arma, equos, &c. ad infideles, si sint viles personarum, fustibus caduntur; si autem, exilio & pecuniâ, in eâ quantitate quâ equi armaque valebant, & illa insuper confiscantur, aut si transmissa erant, pecunia duplicatur. Et hæc quidem si ea transmiserint solius lacri causâ: nam si auxiliij causâ; tamquam cum fautoribus est agendum. *ibid. res. 19.*

79 Iudæi & Mauri delinquentes con-

tra ea quæ sunt ipsorum, & nostræ fidei communia, puniuntur ab Inquisit. pro qualitate delicti. Idemque est si Iudæi transeant ad Saracenos, tunc enim deficiunt à multis veteris legis, quæ fidei nostræ communia sunt. *ibid. ref. 2.*

80. In maleficio, & sortilegio non datur paruitas materiæ cum omnis inuocatio dæmonis sit grauis in re quacumque. *Less. & alij 5. p. 5. tr. 5. ref. 29.*

Quod si sortilegia sapiant hæresim, torquentur de intentione, & quamuis negent, abiurant de vehementi: & si laici sint, & ignobiles, plerumque traduntur triribus. Inuocatio dæmonis ad tentandam alterius pudicitiam, est sortilegium hæreticale. Item si quis in sortilegio utitur hostiâ super quam Missam celebrauit, etsi illam non consecrauit. Qui autem in eo abusus fuit SS. Eucharistiæ Sacram. tradendus est Curie seculari. Vti & quando etiam vnicam personam maleficio occidit: si verò citra mortem damnum notabile sit illatum, carceribus mancipandi sunt. *p. 4. tr. 7. ref. 10.*

81. Qui pœnitentiam ab Inquisit. impositam non implet, non vt relapsus, sed vt impœnitens arbitrarie



punitur. Quod si pertinaciter implere recuset, tradendus est Curie seculari. *ibid. ref. 14.*

82 Schismatici sunt tantum suspecti de leui, potest tamen suspicio fieri vehemens ex circumstantiis. Puniuntur priuatione beneficiorum, & inhabilitate ad illa, exilio, carcere, triremibus, & si sint pertinaces, traduntur Curie seculari. *ibid. ref. 29.*

83 Sodomitæ vbi puniuntur ab Inquisit. non sunt cogendi abiurare, sed conuicti, vel confessi traduntur Curie seculari. *ibid. ref. 20.*

84 Testis falsus non punitur pena talionis, nisi quando alter propter tale testimonium fuisset combustus vt hæreticus: quamuis neque tunc id faciendum, nisi consulto Supremo Senatu Inquisit. Si falsus fuit testis pro absolutione rei, agendum cum eo vt cum fauore hæresis. Qui alios ad falsum testimonium induxerunt, eadem pena, quâ ipsi falsi testes, puniendi sunt. *ibid. ref. 16.*

Vide *Denuntiatio & Testis.*

*Interdictum.*

**I**nterdictum personale speciale probabiliter ferri potest pro culpa etiam

iam veniali. Henriq. & alij 2. Quando autem est generale, potest ferri pro debito pecuniario: (Præpos.) nam id solum prohibetur in locali interdicto p. 5. tr. 10. res. 78. & 79.

2 Qui habet duo domicilla quorum vnum est in loco interdicto, quamdiu in hoc est, tenetur interdictum seruare. Suar. & Turrian. *ibid.* res. 70.

3 Interdicto Clero vrbis non interduntur Religiosi; nisi fortè aliqui haberent beneficium sæculare v. g. pastorum Coninc & alij 6. *ibid.* res. 80.

4 Priuilegia Regularium de celebrandis Missis tempore interdicti, non sunt reuocata per Concil. Trident. Henriq. & alij 3. p. 3. tr. 2. res. 133.

5 Clerici etiam coniugati possunt tempore interdicti interesse diuinis officiis, si iuxta decretum Trident. alicui Ecclesie ex mandato Episcopi deseruiant. Laym. & alij 4. Omnes autem Clerici qui possunt iis interesse, vel Missam celebrare, possunt etiam communicare sine celebratione. Suar. & alij 5. Imò & laici quibus diebus possunt assistere Missæ, possunt etiam communicare. Suar. & alij 4. p. 5. tr. 10. res. 85. 82. & 83.

6 Sacerdos cui licet celebrare tempore

re interdicti, si non habet ministrum clericum, potest accipere laicum, imò & duos, si Prælati v.g. non solet aliter celebrare; quia concessio principali concessum censetur & accessorium. Præ. pos. & alij 3. *ibid. ref. 87.*

7 Qui habent priuilegium assistendi diuinis officiis tempore interdicti, possunt in loco sacro sepeliri. imò quilibet potest iis diebus quibus potest diuinis officiis interesse, vt Pasche, Pentecostes &c. Auila & alij 5. *ibid. ref. 67.*

8 Tempore interdicti potest celebrari non tantum in Ecclesiis, sed etiam in quouis oratorio approbato ab Episcopo. Suar. & alij 9. *ibid. ref. 60.*

9 In interdicto per festa Paschæ, Pentecostes, & Natiuitatis quibus permittuntur celebrari diuina officia, intelliguntur etiam dies festiui sequentes. (Auila & alij 3.) & hæc festa inchoantur à primis Vesperis. imò Pascha inchoatur à *Gloria in excelsis* sabbathi sancti. Hurtad. & alij 5. idem dici potest de Pentecoste. Moscosus. *ibid. ref. 61.*

10 Tempore interdicti potest dari extrema vnetio moribundo qui non potest recipere sacramentum Pœnitentiæ. Tullenck. Item potest contrahi matrimonium;

monium; quia tantum vetantur ea sacramenta, quorum administratio peculiariter commissa est Ecclesiae. Sanchez & alij 7. non possunt tamen tunc fieri benedictiones nuptiales; quia sunt officia diuina. etsi contrarium doceant Henric. & Nauar. *ibid. ref. 77. 81. & 84.*

11 In interdicto personali generali licita est ecclesiastica sepultura: nam quamuis ibi fiat generalis denuntiatio totius populi, illa tamen est remota respectu cuiusque in particulari. Suarez & Cornejo. communius tamen contrarium docent. *ibid. ref. 66.*

12 Interdictum non priuat potestate iurisdictionis, sed tantum impedit eius usum licitum. quod verum est etiam de personaliter interdictis, unde etsi hi non possint valide absolui, possunt tamen absolueri. Cornejo. Imo sic interdictum non prohiberi ministrare sacramentum confirmationis, eque ac baptismi, docet Faber. an probabiliter, alij iudicent. *ibid. ref. 62. & 63.*

13 Potest non interdictus audire Missam sacerdotis personaliter interdicti; quia ibi nulla est cooperatio ad celebrationem Missae. Suarez & alij 3. *ibid. ref. 64.*

14 Interdictus ab ingressu Ecclesie potest in eâ orare quando non fiunt diuina officia: Imò etiam tunc potest per Ecclesiam transire, & obiter orare per modum transeuntis. (Auila & alij) poterit etiam officia diuina audire ex cœmiterio; quia in pœnis nomen Ecclesie accipiendum est in rigore (Filliuc. & Reginald.) Imò talis potest in Ecclesia recipere sacramenta; (Henriquez & alij 2.) & in loco sacro sepeliri si pœnitens obierit: nec requiritur absolutio quia fertur conditionatè, nisi pœnituerit. *Cornejo. ibid. ref. 72, 75, 73. & 74.*

15 Interdictus à sacro faciendo potest conferre Ordines alio celebrante; quia non est necesse vt ordinans ipse celebret. *Præpos. ibid. ref. 86.*

16 Laicus non-interdictus si sine vi, aut scandalo audiat etiam Missam in loco interdicto, peccat tantum venialiter. *Valent. & alij 7. ibid. ref. 68.*

17 Non est omittenda Missa propter presentiam interdicti, si expelli nō potest, & locus non est interdictus: quia præceptum excludendi interdictos agit de locali interdicto. *Suarez & alij 2. ibid. ref. 64.*

18 Interdictum personale particulare  
sine

*Interdictum.* 345

sine reservatione latum potest tollere  
quiuis Confessarius, post satisfactio-  
nem, vel satisfaciendi cautionem. Suar.  
& alij 6. *ibid.* ref. 71.

19 In violatione interdicti erit mate-  
ria parua, si quis dicat orationes diuini  
officij præmillo *Dominus vobiscum*, vel  
benedicat aquam, vel eâ populum so-  
lenniter adspergat. Turrian. *part. 5. tr. 5.*  
*ref. 59.*

*Inuidia.*

**T**Ristari de bono alterius, quia tibi  
proprium bonum diminuit, est  
peccatum mortale inuidie ex genere  
suo. Suar. & alij 4. Quamuis id neget  
Lorca. *p. 3. tr. 6. ref. 85.*

*Irregularitas.*

1 **I**rregularitas non facit inhabilem  
ad beneficium, & fructus: quare po-  
test exercere omnes actus beneficij, et-  
iam licitè, si non sint actus Ordinis, vt  
eligere, præsentare, dare iurisdictionem,  
&c. Syluest. & alij 7. *p. 4. tr. 2. ref. 37. &*  
*79.* Sic & absolutio in foro pœnitentiæ  
data pœnitenti bona fide accedenti,  
valida est. Suar. & alij 3. Imò videtur et-  
iam posse suscipere primam tonsuram  
sine dispensatione; quia illa non est or-  
do,

do, irregularitas autem tantum facit incapacem Ordinum. D. Thom. & alij 5. sed non audeo à communi sententiâ contrariâ recedere. *ibid. res. 68. & 88.*

*Ex mutilatione.*

2 **Q**ui in rixâ præscindit alteri digitum, non est irregularis: quia digitus non est membrum, illud enim propriè dicitur membrum, quod habet officium ab aliis corporis partibus distinctum: vt oculus, manus: vnde nec est irregularis qui alicui amputat nasum, vel auriculam, id est, cartilaginem, &c. quæ tantum pertinent ad ornatum. Auila & alij 5. Neque qui feminæ mammillam. Couarr. & alij 2. etsi contrarium sit probabilius. Molin. & alij 2. *ibid. res. 26. & p. 2. tr. 15. res. 20.*

3 Si quis suâ culpâ mutilatus est, putâ vel à ludice, vel quia occasionem dedit rixæ, etsi membrum sit occultum, nec impediât vsum Ordinis, fit irregularis. Molina & alij 5. Contrarium tamen est probabile. Hurtado & alij 2. Item quando quis sibi sponte membrum, vel partem membri ex indignatione, vel impatientiâ abscidit, vnde non oriatur notabilis deformitas, non fit irregularis, nisi factum sit

noto.

no  
tra  
tr.  
4  
ran  
pre  
mu  
Pra

5

Epi  
mis  
fiat  
vol  
sâ:  
pre  
ho  
feti  
alij

6

per  
inf  
con  
gul  
ab  
tat  
tr.

7

notorium. Reginald. & alij 3. Sed contrarium est probabilius. Fernandez. p. 4. tr. 2. res. 60.

4 Consulentem alicui mutilationem tantum, fieri irregularem, nullus expressus textus asserit. Sed non est à communi sententiâ recedendum. Molina & Præpos. *ibid.* res. 18.

*Ex homicidio.*

5 **A**D irregularitatem ex homicidio voluntario super qua non possit Episcopus dispensare, requiritur, ut homicidium deliberato & inito consilio fiat, ita ut sit intentum expressè, & volitum in se, & non tantum in causâ: nam si in rixâ repente exortâ, aut propter verba contumeliosa subito homicidium perpetratur, casuale censetur, & non voluntarium. Turrian. & alij 6. *ibid.* res. 72. & p. 2. tr. 15. res. 19.

6 Quando in rixâ plures aliquem percutiunt, vnus autem lethale vulnus infligit, ex quo percussus moritur, si constat quis inflixerit, ille solus irregularitatem incurrit; ceteri verò, ut ab homicidio, ita etiam ab irregularitate excusantur. Sayr. & alij 3. part. 2. tr. 15. res. 18.

7 Quando maritus occidit uxorem adul-



348 *Irregularitas ex homicid.*

adulteram, probabile est adulterum inde non fieri irregularem; quia adulterium per se non ordinabatur ad homicidium. (Auila & alij 5.) Neque si adulter defendens se, maritum inuasorem occidat, cum moderamine inculpata tutelæ. Less. & alij 8. p. 4. tr. 2. ref. 1. & 2.

8 Qui, cum posset se defendere fugiendo, alterum occidit, quia non poterat fugere sine graui notâ, non est irregularis; nisi quando suâ culpâ in eam necessitatem se coniecit. Suarez & alij 8. *ibid.* ref. 3.

9 Irregularis non est, qui cum moderamine inculpata tutelæ occidit alterum in defensionem bonorum temporalium, honoris, pudicitie, &c. (Suarez & alij 13.) Neque qui in defensionem proximi innocentis, præsertim sibi propinqui, quotiescumque licitè potest defendere. (Turrian. & alij 8.) Neque si ut se defendat à graui vulnere, vel deformitate vultus. (Bonacin. & alij 7.) Aut ne membro aliquo mutiletur. (Hurtad.) Neque si à te vulneratus non lethaliter, incuriâ suâ, vel Medici, moriatur. Lessius & alij 5. *ibid.* ref. 4. 5. 22. 6. & 10.

10 Non est irregularis qui homicidium suo

suo nomine factum, postea ratum habet. (Suarez. & alij 11.) Neque qui solum mandavit alterum verberari, ita ut non esset metus homicidij, etsi is forte occidatur. (Præpof.) Neque qui homicidium mandavit, si mandatum revo- cet, nec tenetur monere eum qui peri- clitatur. Henriquez & alij 2. *ibid.* res. 13. 19. & 14.

11. Per homicidium casuale non in- curritur irregularitas, etsi quis det ope- ram rei illicitæ, nisi eius actio præcisè ratione periculi occidendi sit peccatum mortale Coninc & alij 8. Unde proba- bile est Clericum, in sacris exercentem chirurgiam per incisionem, vel ad- sionem, non fieri irregularem, morte secutâ. (Coninc & alij 2.) Quamvis contrarium sit tenendum. Sub incisio- ne tamen non comprehenditur sectio venæ. Molina. multo minus qui infir- mum mouendo, vel aliud circa ipsum agendo, mortem eius accelerat sine culpâ latâ. Auila & alij 4. *ibid.* res. 20. 21. 23. & 24. & p. 5. 11. 3. res. 117.

12. Clericus in minoribus potest sine dispensatione exercere medicinam, ne- que fit irregularis; secus vero si sit in sacris vel beneficiarius. Navar. & alij 4.

Etsi

Etsi etiam tunc gratis mederi possit personis miserabilibus, & consanguineis. Squillant. & Nouar. p. 6. tr. 7. res. 50.

13 Probabile est non fieri irregularem, qui alicui dedit consilium occidendi, duellandi, &c. ex eo quod is occisus est cui consilium dederat. Vasq. & alij 4.

Contrarium tamen est probabilius. Suar. & alij 6. Qui autem tradidit arma Titio quibus occidit Gaium, est irregularis, quando saltem suspicabatur illa peti ad homicidium. Bonacin. & alij.

Etsi id neget Hurt. nisi tradantur ex intentione homicidij. p. 4. tract. 2. res. 12. & 11.

14 Qui non impedit homicidium quod tenetur impedire etiam ex iustitia, probabiliter non est irregularis. (Vasq. & alij.) Contraria tamen sententia est communior, & probabilior. (Coninc & alij 15.) Neque qui sciens alios velle occidere propter iniuriam sibi illatam, non contradicit. (Turrian. & alij.) Neque qui sciens mulierem a se corruptam procurare abortum, non impedit. (Hurtad. & alij.) Neque qui a dato ante consilio abortus, conatur feminam auocare, nec potest. Henriquez. etsi contrarium sit tutius. *ibid.* res. 7. 9. 8. & 15.

15 In dubio facti nemo censendus est irregularis, nisi in solo homicidio. Suarez & alij 8. & hoc ipsum non improbabiler posset negari. Suarez & alij 3. Sic qui dubitat an homicida motus sit consilio à se dato, debet se gerere ut irregularis, sed si is neget, credendum est. Sanchez & alij 6. Et qui procuravit abortum, sed dubitat an fœtus fuerit animatus, censendus est irregularis. Sanchez & alij 6. licet contrarium etiam probabiliter doceat Præpositus & alij 2. *ibid. ref. 52. 25. & 16. & p. 3. tr. 5. ref. 72.*

16 Qui plura commisit homicidia, vnam tantum contrahit irregularitatem in petitione dispensationis exprimendam, Sanchez & alij 3. *p. 4. tr. 2. ref. 86.*

*Ex bello.*

17 **I**N bello iniusto omnes milites sunt irregulares, etsi neminem suâ manu occidant. Hurtad. quamvis Conine id limitet, nisi sint valdè multi, saltem supra centum, quia tunc non videntur omnes se mutuò posse animare ad occisionem. In bello autem iusto non sunt irregulares qui neminè suâ manu occidunt, sed neque qui occidunt ad propriam vitam defendendam; cum moderamine inculpatae tutelæ.

tutelæ. Aulæ & alij. Neque Clerici etsi incitent ad aliquem determinatè occidendum. Hurtad. & Turrian. *ibid.* ref. 27. & 29. & p. 5. tr. 14. ref. 98. & p. 6. tract. 4. resol. 39.

18 In bello iusto qui subministrat arma, non fit irregularis. (Aulæ & alij 2.) Neque qui pugnavit, sed dubitat an aliquem occiderit, vel mutilaverit. Aulæ & alij. p. 4. tr. 2. ref. 28. & 30.

*Ex defectu lenitatis.*

19 Irregularitas ex homicidio nõ incurritur ob concursum ad illud, nisi aut factum à ministro publico iuste, aut factum à persona privata iniuste; unde nec qui vendunt, aut donant ligna ad viuos comburendos, & gladios, & funes ad interficiendos reos: nec Confessarius, nec quivis alius qui hortando vt scalam adicendat, vel simili modo accelerat mortem, incurrit irregularitatem. Neque Confessarius, vel alius Doctor interrogatus à iudice, an teneatur reum morti addicere, etiam si expresse respondeat teneri. Vsq. Turrian. Hurtad. p. 3. tr. 5. ref. 79. & 80. & in addit. 3. p. ref. 15. Neq; qui obligat pœnitentem iuridicè interrogatum ad fatendum delictum, ex quo sequitur

eius

eius mors. Neque si persuadeat acquiescere iustæ sententię, quam non potest differre sine iustâ appellatione. Secus si iustam appellationem distuaderet.

Cornejo p. 4. tr. 2. ref. 99.

20 Consiliarij Principum non sunt irregulares, siue ex concessione Pontificis, siue ex consuetudine. Nec Iudices, & Officiales Episcoporum, nec Administratores rerum Ecclesiasticarum, & piarum. Hurtad. & alij 3. *ibid.* ref. 98.

21 Episcopus qui permittit Iudici laico in Ecclesiâ exhumare corpus occisi ad capiendam informationem de delicto non fit irregularis: quia hic actus nimis remotus est à morte homicidæ. Riccius & alij. *ibid.* ref. 95.

22 Ecclesiastici habentes temporalem iurisdictionem, non fiunt irregulares, etsi causas sanguinis aliis delegent. Imò etsi committant in particulari casum aliquem dignum morte. Hurtad. & alij 2. *ibid.* ref. 78.

23 Clerici accusantes in criminalibus, quando protestantur ante sententiam, se non accusare ad vindictam, sed ad impetrandam satisfactionem, nō fiunt irregulares; neque tantum quando id faciunt ob laesionem in propriâ perso-

na, aut bonis, sed etiam in personâ, vel bonis eorum qui sunt ipsis commissi, aut ita propinqui, ut horum iniuriâ ad ipsos pertineat, quales sunt parentes, filij, fratres, aut quando fit ad euitandû graue damnum Ecclesię, reipub. vel innocentis, quod aliter impediri nequit. Auila & alij 4. Porro protestatio illa impedit irregularitatē, etsi ficto animo fieret. Suarez & alij 7. *ibid.* res. 33. & 75. 24. Aduocatus & testes in causa sanguinis fiunt irregulares, etsi præmittat protestationem. (Molina & alij 7.) Etsi eodem modo hos excusari doceant. Coninc, & alij 2. Quod si Aduocatus simpliciter defendat reum non petendo pœnam talionis, nō fit irregularis, etsi sequatur mors accusatoris. (Præpos & Turrian. ex Vasq.) Neque qui in illo casu testimonium dixit pro reo. Suarez & alij 3. Similiter testem, qui præcepto iudicis obligatus, vel graui metu coactus testimon. ū dixit, ex quo secuta est mors alterius, probabile est non fieri irregularem. Coninc & alij 4. sed contrarium est probabilius. Hurrad. & alij 3. *ibid.* res. 32. 34. 96. & 31.

*Ex defectu natalium.*

25 Infantes expositi non sunt irregulares. Suarez & alij 16. In ò etiam cum dubitatur, an quis sit legitimus. (Coninc & alij 2.) quilibet enim præsumitur legitimus, donec contrarium probetur. Nec tenetur filius hac in re credere matri id afferenti, etiam in fine vitæ etiam cum iuramento: nisi rationibus convinceretur, vel vterque parens id affereret. Bonacin. & Mercet. *ibid. ref 58. & 59. & p. 1. tr. 15. ref 22.*

26 Et si filij infidelium si in adultâ ætate sint baptisati, sint irregulares tamquam Neophyti; non sunt tamen si baptisati sint ab infantia, neque post decennium à baptismo suscepto. Villalob. & alij 6. p. 6. tr. 7. ref. 1. & p. 4. tra. 2. *resol. 50.*

27 Illegitimus si ante matrimonium parentum promoueat ad Ordines, et si per hoc sit suspensus, eo ipso tamè quo il i matrimonio iunguntur, potest & Ordinem illum exercere, & ad alios promoueri, quia sicut eo ipso fit legitimus; ita & cessat irregularitas, & per consequens suspensio. Reginald. *part. 4. tract 2. ref. 59.*



*Ex defectu corporis.*

28 **Æ** Thyopes non sunt irregulares.  
Maiol. & Gauant. *ibid* ref. 84.

29 Qui habet in manu sex digitos, seu coniunctos, seu diuisos, modo non sit magna deformitas, nec impedimentum in usu membri, non est irregularis. Henric. & alij 9. p. 3. tr. 6. ref. 61.

30 Iudicare an defectus corporis sit ita notabilis, ut inducat irregularitatem, quoad Clericos, spectat ad Episcopum. Suarez & alij 9. *ibid*. Quoad Regulares vero ad eorum Prælatos. Suarez & alij 3. Potest tamen Episcopus reiicere arbitrium Prælati: sed hi possunt in illâ irregularitate dispensare, nisi deformitas esset tanta, quæ scandalum generaret. (Rodriq. & alij 4.) qualis non est, si quis careat vno pede, & ambulet pede ligneo. (Villalob. & Rodriq.) neque si careat oculo dextro. (Vecchinus & Peirin.) imò neque si careat sinistro, quando potest altero oculo canonem legere sine deformi faciei contorsione. Laym. surdus tamen & mutus sunt irregulares. D. Thom. & alij. p. 4. tract. 2. ref. 73. & p. 5. tr. 6. ref. 22.

Ex

*Ex delicto & infamia.*  
31 **A**D incurrendam irregularitatem  
ex delicto, requiritur peccatum  
mortale: quia irregularitas est pœna  
grauissima; ergo non nisi ob graue de-  
lictum infligenda. Suarez & alij 18. p. 2.  
*tr. 16. ref. 18. & p. 4. tr. 4. ref. 41.*

32 Probabile est damnatos ad trire-  
mes non fieri irregulares, quia nec irre-  
gularitas, nec infamia incurritur, nisi  
in casibus à iure expressis, qualis non est  
hic. Riccius & Homob. p. 4. tr. 2. ref. 83.

33 Nullum crimen quantumuis enor-  
me inducit irregularitatem ex infamiâ  
iuris, nisi sit notorium. Henriq. & alij 4.  
Ex infamiâ verò facti non oritur irre-  
gularitas simpliciter dicta, & solâ dis-  
pensatione delevibilis. Hinc Sacerdos pu-  
blicus concubinarius, vel adulter, post  
vitæ emendationem publicam, inter-  
posito saltem aliquo temporis spatio,  
sine dispensatione potest celebrare.  
Layman. *ibid.* ref. 93.

34 Ob hæresim exteriorem, non ta-  
men notoriam, incurritur irregulari-  
tas. Suarez & alij 13. (quamuis contra-  
rium sit probabile. Henriq. & alij 9.) sed  
potest Episcopus dispensare. Sanchez &  
alij 2. *ibid.* ref. 46. & p. 2. tr. 15. ref. 24.

358 Irregul. ex delict. & infam.

35 Clericus in hæresim lapsus post penitentiam, & abiurationem, probabiliter potest exercere Ordines antè susceptos. Auila & Sayrus. p. 4. tr. 4. res. 38.

36 Qui fidem negat, siue spontè, siue metu coactus, non fit irregularis, nisi crimen sit notorium, tunc enim fit et ratione infamiae. Azor. & alij 2. *ibid* tr. 2. res. 49.

37 Qui accusati de hæresi ab Inquisitoribus, illam coguntur abiurare, non sunt irregulares, propter suspicionem illam etiam vehementem. Sanchez & alij 9. Quare multò minùs sunt qui de hæresi sunt suspecti, nisi suspicio oriatur ex fauore, defensione, &c. hinc enim nascitur irregularitas. Suarez & alij 8. *ibid* res. 47. 48 & 144.

38 Filius natus patre Catholico, qui postea factus est hæreticus, non propterea fit irregularis, etsi sæpè ex alio capite fiat irregularis, ratione scilicet infamiae, ut fit in partibus hæresi non infectis. (Coninc & alij.) Filij tamen Sacerdotum, paganorum, Iudæorum non sunt irregulares, ut filij hæreticorum. Bonacin. *ibid* res. 45. & 50.

Ex Bigamiâ.

39 **C**lericum secularem sacris initia-  
tum, si contrahat cum virgine,  
fieri irregularem, plerique docent. Sua-  
rez & alij. alij tamen putant illos Ca-  
nones agere de solis Religiosis. Hurtad.  
& Tanner *ibid. res. 39.*

40 Irregularis ex bigamiâ non fit, qui  
duxit virginẽ à se defloratam. (San-  
& alij 3.) Neque qui secundò cõtrahit,  
sed inualdè, aut fictè (Coninc & Hur-  
rad.) Neque probabiliter qui cognoscit  
uxorem suam, per vim ab adultero co-  
gnitam (Præposit.) secus autem si spon-  
te fuisset adulterata, et si adulterium ef-  
set occultum, imò et si ipse id ignora-  
ret. Sanchez & alij, quamvis notorietã-  
tem requirat Præpos. Ut autem incur-  
ratur, requiritur in copulã seminatio  
viri. (Sanchez & alij 7.) Imò & femi-  
næ Præpos & alij. *ibid. res. 38. 40. 41. 42.*  
¶ 43.

Ex susceptione vel uss.

Ordinis.

41 **D**vo soli sunt casus quibus ex su-  
sceptione Ordinum incurritur  
irregularitas. 1. si quis furtivè ordina-  
tur, id est, si non examinatus, vel ad-  
missus se ingerat. 2. si durante matri-  
monio.

Z 4

monio.

monio, etiam non consummato (Hurtad. & Præpos.) Vnde non fit irregularis, si Latinus suscipiat Ordines ab Episcopo Græco, vel contrâ: neque si ab Episcopo schismatico. *ibid. res. 55. & 54. 42.* Qui non susceptâ primâ tonsurâ suscepit minores Ordines, non est irregularis tamquâ promotus per saltum: quia prima tonsura non est Ordo. Sanch. & alij 7. p. 6. tr. 8. res. 29.

43 Regularis inualidè professus, si Ordines suscipiat, incurrit suspensionem, & irregularitatem si celebret: quia & sine titulo ordinatur, & sine dimissorialibus legitimi Prælati. Potest tamē hic excusare ignorantia, vel metus infamiae. Bonacin. p. 4. tr. 2. res. 82.

44 Putant aliqui non fieri irregularem, qui administrat Sacramenta carens Ordine ad illud requisito, excepto solenni baptismo & celebratione Missæ. [Syluest. & Præpos.] sed non audeo à contrariâ sententiâ recedere. Verum etiam illa duo spectant ad solos Clericos, non autem ad laicos sine ordine baptizantes solenniter vel celebrantes. Henri. 1. & alij 3. *ibid. res. 56. 91. & 77.*

45 Sacerdos nondum approbatus absolvens, non fit irregularis. [Bonacin.]

fit

fit autem, si excommunicatus absoluat.  
[Suarez & alij 5.] vel Eucharistiam mi-  
nistret, etiam non celebrando. [Auila.]  
Non tamen si exerceat solum actum  
iurisdictionis fori externi, excommuni-  
cando suspendendo, vel absoluendo ab  
excommunicatione, modo id fiat sine  
solennitate, id est, sine stolâ, & psalmis:  
sicut neque parochus matrimonio as-  
sistens. Auila *ibid. ref. 89. 90. & 92.*

46 Qui suspensus ab Ordine adscen-  
dit ad superiorem, non fit irregularis:  
quia non est exercitium Ordinis: &  
quâuis presbyter celebret cum Episco-  
po, illa concelebratio non estimatur  
primum sacrificium. Suarez & alij. *ibid.*  
*ref. 92.*

47 Excommunicatus qui priuatim  
Horas recitans dicit: *Dominus vobiscum,*  
non fit irregularis [Hurtadus & alij 3.]  
Neque qui coram se facit alterum ce-  
lebrare. Propos. *ibid. ref. 94. & 97.*

*In irregularitate dispensatio.*  
48 Omnis irregularitas præter eam  
quæ est ex defectu Sacramenti,  
vt bigamiâ, tollitur per baptismum.  
Hurtad. & alij 3. *ibid. ref. 51.*

49 Irregularitas ex mutilatione mem-  
bri est dispensabilis per Episcopum. Bar-

bosa & alij 28 Idem docent nonnulli  
de eâ quæ ex homi. idio iusto. Bannez  
& alij 6 Sed contrarium est probabi-  
lius. Mol. & alij 5. *ibid. res. 71.*

50 Quantumuis o. cultum sit homi-  
cidium ita vt nemo sciat præter ipsum  
homicidam, non potest tamen Episco-  
pus in eâ irregularitate dispensare, licet  
contrarium doceat Texeda p. 6. *tract. 6.*  
*res. 51.* Potest tamen tunc in eâ dispen-  
sare, vt in Ordine suscepto ministret,  
quando v. get magna necessitas, nec  
facilis est recursus ad Papam. Auila &  
alij 3 p. 4 *tr. 2. res. 100.*

51 Possent Prælatos Regulares dispen-  
sare quoad suos, in irregularitate ex  
abortu fœtus animati, et si res sit noto-  
ria apud Fratres, modò sit occulta a-  
pud sæculares, ita vt non possit in iudi-  
cio probari, docet Villalob. & alij 4. sed  
non est à contrariâ sententiâ receden-  
dum. similiter possunt cum suis dispē-  
sare in irregularitate ex defectu lenita-  
tis [Villalob. & alij.] Imò & probabili-  
ter Episcopi cum suis subditis. Barbof.  
& alij 9. Sed contrarium est probabi-  
lius, quia Trident. hoc ijs tantum con-  
cedit quoad irregularitates ex delicto.  
Hurtad. & alij 18. *ibid. res. 87. & 69.*

52 Irregularitas occulta ex defectu natalium non est dispensabilis per Episcopum. Suarez & alij quamvis non pauci contrarium doceant. Auila & alij 4. Potest tamen dispensare, ut Ordinem exerceat quem bonâ fide suscepit. Imò fortasse et si malâ fide. Layman. Tollitur absolutè illa irregularitas per professionem religiosam, non tantum quoad Ordines, sed etiam quoad Prælaturas Religionis. [Villalob.] aut saltem possunt quoad hoc Prælati dispensare. [Barbosa.] Neque reincident in illam, si postea à religione eiciantur. quod etiam probabile est de iis, qui post tria vota simplicia, à Societate IESV dimittuntur. [Sanchez & Barbosa.] quâvis contrarium sit probabilius. ex eo quod sic dimissi absoluantur à votis. & fiant meri seculares. Turrian *ibi. res. 64. 65. & 66. & p. 2. tr. 15. res. 21.*

53 Potest Episcopus dispensare in irregularitate ex delicto, quod deductum fuit ad forum contentiosum, ibique iudicatum & punitum: quia hic casus non videtur contineri in exceptione Trident. *sess. 24. c. 6.* Sanchez & alij 5. *p. 4. tr. 2. res. 97.*

54 Non potest Episcopus dispensare in  
irre-



irregularitate ortâ ex bigamiâ propriâ,  
 vel interpretatiuâ. (Barbosa.) Contra-  
 rium tamen est probabile quoad inter-  
 pretatiuam, quando est occulta. Pra-  
 pos. & alij 2. Idem docent multi etiam  
 in bigamiâ propriâ quoad minores Or-  
 dines, & beneficium simplex. Sanchez  
 & alij 8. Sed contrarium est tenendum,  
 propter declarationem Card. In simili-  
 tudinariâ tamen potest dispensare, si  
 contraxit cum virgine Turrian. In qua-  
 libet autem bigamiâ cum suis posse dis-  
 pensare Praelatos Regulares, vt doceât  
 Henric. Auila & alij: Ego in facti con-  
 tingentiâ non recederem à contrariâ  
 sententiâ Idemque est de illâ quæ est ex  
 homicidio voluntario, quamuis Pau-  
 lus III. facultatem concesserit semel  
 in anno absoluendi ab omni irregulari-  
 tate ex quavis occasione, vel causâ  
 contracta. *ibid. ref. 61. 62. & 63. & part 3.  
 tr. 2. ref. 45.* Ab irregularitate quæ contrahitur  
 ex delicto, posse probabiliter absolueri  
 in articulo mortis simplicem Sacerdo-  
 tem docent Henric. & Trullenc. eò  
 quòd illa censura possit existimari, &  
 Tridentini priuilegium latè sit inter-  
 pretandum *p. 5. tr. 3. ref. 67.*

56  
 clau  
 co d  
 exist  
 la en  
 tis, n

1 C  
 indig  
 per a  
 deat i  
 Henr

tr. 12.

2 Q  
 die Sa  
 tet ill  
 referu  
 modè  
 autem

requit

lubila

impru

Confè

opus c

tr. 4. 7

3 Ac

est ne

56 Dispensatus in irregularitate cum clausulâ, ut non possit celebrare in loco delicti, potest celebrare in Ecclesiâ existente in suburbis illius ciuitatis; illa enim non veniunt nomine ciuitatis, nisi in fauorabilibus. *p. 4. tr. 4. re. 123.*

## Iubilæum.

1 **Q**VI fecit confessionem sacrilegam, & sumpsit Eucharistiam indignè, si in vltimo Iubilæi termino per actum contritionis, cum Deo redeat in gratiam, cõiequetur Iubilæum. *Henriq. & alij 3 p. 3. tr. 4. ref. 148. & p. 5. tr. 12. ref. 17.*

2 Qui noluit consequi Iubilæum, si die Sabbathi secundæ hebdomadæ mutet illud propositum, poterit absolui à reseruatis, & consequi Iubilæum, dummodò ieiunia commutentur. Si quis autem adimpletis omnibus ad Iubilæum requisitis, die Dominicâ quæ est vltima Iubilæi, velit Eucharistiam sumere, & imprudens aliquid deglutiat, potest Confessarius Communionem in aliud opus commutare. *Sanctarel. & alij p. 3. tr. 4. ref. 152. & p. 5. tr. 12. ref. 25. & 26.*

3 Ad Iubilæum consequendum non est necesse omnia opera præscripta in-

tra

tra eandem hebdomadam implere. Bonacin & alij 5. Imò quamuis in iubilæo expressè dicatur, vt communio sumatur die Dominico post ieiunia, sufficit quouis alio die illam sumere. Item si dicatur orationem, vel elemosynam faciendam tribus ieiuniorum diebus, lucrabitur iubilæum qui vno aliquo die ea fecerit, idque ex præsumptâ mente Papæ Boss. Qui autem omnibus peractis incidit in casum reseruatium, potest ab illo absolui virtute Iubilæi, etiam si antea esset lucratus iubilæum; quia tempus Iubilæi nondum effluxit. Leone p. 3. tr. 4. ref. 153. & p. 5. tr. 12. ref. 17. & 22.

4. Qui semel lucratus est iubilæum, non potest illud ipsum alibi iterum lucrari. Suar. & alij 3. Qui tamè ex ignorantia inuincibili nesciuit promulgatum esse iubilæum, poterit illo transacto intra duas hebdomadas à die notitiæ lucrari. Vel qui in patriâ neglexit poterit illud alibi lucrari. Sanctarel. & Vgolin. p. 3. tr. 4. ref. 151.

5. Qui primâ hebdomadâ lucratus est iubilæum, potest illud iterum lucrari secundâ, & absolui à reseruatibus. Imò sicut potest sepius à reseruatibus absolui

ant

ante  
etiam  
iubilæi  
ref. 4  
6  
quer  
quis  
tem  
tif. si  
vel b  
ta ex  
alij 3  
perit  
p. 4. tr.  
7  
visti  
ficis  
qua  
dent  
8 S  
plur  
à Pa  
solu  
telt  
pau  
las v  
9 Q  
dan  
post

ante consecutionem iubilæi, cur non  
etiam postmodò duret adhuc tempus  
iubilæi Henric. & alij 12. p. 12. tract. 17.  
ref. 49. & p. 5. tr. 12. ref. 28.

6 Ad orationem pro iubilæo conse-  
quendo sufficit virtualis intentio vt  
quis audito iubilæo habuerit volunta-  
tem faciendi opera iuxta mentem Pō-  
tif. sufficit autem quæcumque minima,  
vel brevis oratio, vel etiam aliã debi-  
ta ex voto, aut pœnitentiã. Suarez &  
alij 3. Ademque est de omnibus alijs o-  
peribus requisitis. Sanctarel. & alij 4.  
p. 12. ref. 33 & 55.

7 Qui post publicationem iubilæi hîc  
visitavit Ecclesias, & deinde aliò pro-  
ficiscitur, lucrabitur iubilæum si ibi reli-  
qua opera faciat: quia hæc non depen-  
dent à loco. Laym. *ibid* ref. 54.

8 Si in iubilæo Episcopus designaret  
plures Ecclesias visitandas, quàm sint  
à Papa in Vrbe præscriptæ, sufficiet tot  
solum visitare; quia Episcopus non po-  
test onerare priuilegium Papæ: quòd si  
pauciores designaret, sufficiet illas so-  
las visitare. Boss. *ibid*. 56.

9 Qui commisit tamulo eleemosynam  
dandam, si is vel non det, vel non nisi  
post tempus iubilæi, herus non lucra-  
bitur

tur iubilæum. Bonacina & alij 3. et si  
contrà sentiat Sà *ibid. ref. 31.*

10. Quando in formâ indulgentiæ dic-  
citur, *verè pœnitentibus & confessis*; suffi-  
cit vt lucraturus indulgentiam con-  
fessus fuerit. Quadragesimâ præteritâ,  
& habeat propositum confitendi Qua-  
dragesimâ futurâ: quia talis dicitur con-  
fessus secundum ius. Suarez & alij 8. p. 1.  
*tr. 11. ref. 105.*

11. Qui propter impotentiam physica-  
cam, vel moralem non potest confite-  
ri, sed contritus sumit communionem,  
probabiliter lucratur iubilæum. Hen-  
riq. & alij 6. sed contrarium est tenen-  
dum. Suarez & alij 6. Quòd si quis non  
haberet conscientiam peccati mortalis  
non teneretur confiteri: quia non so-  
let præcipi confessio nisi de mortali-  
bus. Suar. & alij 18. Quòd si quis post  
confessionem factam in nouum pec-  
catum incideret ante iubilæi consecu-  
tionem, non teneretur iterum confite-  
ri. Granad. & alij 2. *ibid. ref. 107. & p. 3.*  
*tr. 4. ref. 126. & p. 5. tr. 12. ref. 29. 30. & 1.*

12. Quando duobus diebus immédia-  
tis concurrunt duo Iubilæa, non est  
necesse repetere confessionem, & com-  
munionem, sed tantum alia opera,

Tus-

Turrrian. part. 4. tract. 4. resol. 166.

13 Qui sub finem temporis quo expirat Iubilæum, vel Bulla Cruciatæ, cœpit confiteri, nec potuit iustas ob causas absolui, potest elapso anno virtute Bullæ, vel Iubilæi præcedentis absolui, quia confessio fieri cœpta est tempore idoneo. Sanch. & alij. p. 1. tr. 11. res. 94.

14 Quando in Iubilæo conceditur omnibus facultas eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, possunt Moniales, etiam subiectæ Regularibus, eligere quemvis, nec est necesse ut eligant ex illâ Religione. Bonacin. & alij. 3. quamvis aliqui velint eum debere antè indicari Ordinario, eò quòd sine huius licentiâ prohibitus sit accessus ad monasteria. Faustus & alij. 3. p. 3. tr. 4. res. 154. & p. 5. tr. 12. res. 12. & p. 6. tract. 8. resol. 28.

15 Quamvis in Bullâ requiratur ut Confessarius eligendus sit approbatus ab Ordinario, hoc tamen intelligendum est tantùm respectu secularium, unde Religiosi poterunt eligere approbatum tantùm à suo Prælato. Sanstarell. & alij. 7. p. 5. tr. 12. res. 37.

16 Confessarius virtute Iubilæi potest absoluerè à casibus Episcopo reservatis;

cùm possit absoluere à reseruatīs Pontifici Suarez, Vasquez, & alij 6. sed in illâ generalī facultate non comprehenduntur tamen casus Bullæ Cœnæ. Suar. & alij 5. Quando verò ij etiam conceduntur exceptâ hæresī, non potest absolui hæreticus etiam occultus, & emendatus p. 3 tr. 4. res. 149. & p. 5. tr. 12. res. 34. & 35.

17 Quando in iubilæo excipiuntur vota castitatis & Religionis, conceduntur omnia alia. Imò etsi nulla excipiantur in generali concessione quoad vota, probabile est intelligi etiam reseruatâ, præter illa duo. Sanchez & alij 2 sed contrarium est probabilius. Suarez & alij 4 p. 5 tr. 12. res. 58.

18 Potest quis tempore iubilæi petere commutationem votorum, vel operū præscriptorum ab vno Confessario, & postea aleri confiteri. Sanchez & alij 9. *ibid.* res. 51.

19 Qui consecutus est iubilæum, non tamen confessus, quia peccati mortalis sibi conscius non erat, non potest transacto iubilæo à peccatis reseruatīs ante illud commissis, & per obliuionem omissis absolui; quia cùm hic nō fuerit tempore iubilæi confessus, non fuit  
vllq

ullo modo sublata referuatio. (Suar. & alij.) Contrarium tamen est etiam probabile (Sanctarell. & Leone.) Quòd si tempore Iubilæi omisit in confessione peccatum referuatum ex iustâ causâ, puta ne manifestaret complicem, potest elapso Iubilæo ab hoc peccato à quocumque Confessario absolui; quia referuatio censetur indirectè ablata. Homobonus. p. 3. tr. 4. ref. 150.

20 Qui de Confessarij consensu distulit confessionem post transactum Iubilæum, potest ab illo absolui à casibus referuatis post elapsam Iubilæum commissis: hæc enim videtur esse mens Summi Pontif. alioquin iste non posset lucrari Iubilæum, atque ita Confessario morem gerens esset deterioris conditionis quàm alij. Fausto & alij, *ibid.* ref. 147. & p. 5. tr. 12. ref. 27.

21 Qui fuit absolutus à peccatis virtute Iubilæi, quod tamen deinde non est lucratus, si postea meminisset se per oblivionem omisisse aliqua peccata referuata, potest à quocumque Confessario validè absolui: quia per priorem confessionem, sublata est referuatio. Sanchez & Portel. Neque putandum est, si quis confessus postea non est lucratus.



Iubilæum, reservationem, aut excomm. redire; non enim absolutus est ad reincidentiam: Neque peccat mortaliter murando voluntatem, & non lucrando Iubilæum. Sanchez & alij 5. p. 3. tr. 4. ref. 145. & p. 5. tr. 12. ref. 42. Idemque est de votis commutatis. non tamen poterunt postea commutari quæ tunc commutata non sunt, si non fuit lucratus Iubilæum. Sanchez & Bonacin. p. 1. tr. 16. ref. 10. & 11.

22 Per Iubilæum etiam anni sancti, sicut & per Bullam Cruciatæ, non suspenduntur priuilegia Regularium commutandi vota, in eis dispensandi, & absoluedi à reseruatis. Sanchez & alij. p. 1. tr. 11. ref. 100. & in addit. 3. p. ref. 23.

23 Potest Confessarius etiam transacto Iubilæo commutare vota illius poenitentis, qui Iubilæum consecutus est: quia priuilegium commutandi vota, dispensandi, &c. non est additum ulli tempore. Sanchez & alij 2. p. 2. tr. 16. ref. 9. Non tamen eodem modo potest postea absolvere à reseruatis, nisi de oblitis tempore Iubilæi p. 5. tr. 12. ref. 40.

24 Qui impleuit opera præscripta in Iubilæo, semper lucratur plenariam indulgentiam quantumuis multas debeat

beat pœnas. Suarez & alij 5. *ibid.*  
*ref. 18.*

*Iudex.*

1 **A**Duocatus potest esse Iudex in  
causâ cuius fuit patronus, etiam  
alterâ parte insciâ, modò sententiam  
ferat secundùm leges, nullo habito re-  
spectu ad affectionem carnalem. Cor-  
duba. *p. 3. tr. 5. ref. 56.*

2 Acta iudicis excommunicati non-  
tolerati sunt inualida. Suar. & alij 4. sed  
toleratus validè iurisdictionem exercet  
Suar. & Less. Ideoq̄ue iudicando non  
peccat nisi venialiter. Caietan. & alij 4.  
*p. 5. tr. 9. ref. 108. 109. & 131.*

3 Non tantùm in causis capitalibus,  
sed etiam in civilibus licet appellare à  
iudice inferiori, etiam si sententiam ru-  
lerit iuxta opinionem probabiliorem:  
Iudex enim superior ad quem appella-  
tur, potest iudicare secundùm opinio-  
nem probabilem, relictâ probabiliori.  
Turrian. & alij *p. 3. tr. 5. ref. 104.*

4 Iudex non peccat, si quando plures  
litigantes æquali iure temporis gau-  
dent, vnus causam ante alios expediat  
ex pacto oblato muneris; spectato enim  
iure naturali, non facit aliis iniuriam,

res tamen periculo non vacat. Layman. Norandum hinc obiter Iudicem secluso scandalo, & periculo iniustitiæ, posse accipere, nec teneri restituere id quod accepit à litigantibus, si datum sit instar muneris liberalis, ut maiorem solito diligentiam in causâ adhibeat. Lessi & Molina *ibid. ref. 45.*

5 Si circa litem aliquam ea est varietas sententiarum, ut Iudici integrum sit utramlibet partem in iudicando sequi, non peccat contra iustitiam si aliquid ab unâ parte accipiat, ut in eius potius favorem iudicet. Quod tamen procedit tantum spectato iure naturæ, quando est questio iuris, non facti. Sed hæc iure positivo prohibita sunt. Lessius & alij 3. *ibid. ref. 55.* sed nunc re melius consideratâ contrarium puto dicendum. unde tenentur restituere acceptum. *p. 6. tr. 6. ref. 59.*

6 Licitum est aliquid donare concubine Iudicis, ut apud illum intercedat, quando negotium est graue, nec alia apparet via qua possis ius tuum obtinere. Castro P. & Hurtad. *p. 4. tr. 4. ref. 138.*  
*et p. 5. tr. 7. ref. 20.*

7 Iudex in sententiis ferendis, potest sequi opinionem probabilem, relictâ

pro-

probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodò probabilitas sit circa ius, non verò circa factum; nam circa factum tenetur sequi probabiliorum. Castro-Pal & alij 19. Quando autem tam ex parte facti, quam iuris omnia sunt equalia, non potest rem applicare cum maluerit, (etsi quidam hoc doceant. Sancius & Ledesm.) sed debet vel dividere rem, cum divisibilis est; vel partes componere. Castrop. & alij 2. Imò in causis criminalibus Iudex opinionem probabilem in fauorem rei, relictam probabiliori, in fauorem fisci & accusatoris, non solum sequi potest, sed etiam debet: quia in criminalibus ad condemnandum reum, debent probationes esse luce meridiana clariores, ut habetur in *l. sciant cuncti. Cod. de probat.* Salas & alij 4. p. 2. tr. 13. ref. 3. & in *Addit. 3. p. ref. 13. & p. 6 tr. 8. ref. 17*

9 Iudex quamuis aliàs deberet officium deponere, non potest ad mortem damnare secundum allegata & probata reum, quem ex priuata scientia nouit esse innocentem Less & alij 3. Quando tamen ex depositione officij magna ei damnum obueniret, non teneretur illud deponere, sed posset ex pu-

blicâ notitiâ procedere p. 5 tr. 4. ref. 22.  
 9 Non possunt Proreges, vel alij sup-  
 premi iudices pro suo arbitrio reis  
 pœnam remittere, etiam condonante  
 parte, sed tantùm ex graui causâ rei-  
 pub. utili; neque tunc pro eo pecuniam  
 possunt accipere, prohibente id rega.  
 Sanch. & alij. p. 6 tr. 6 ref. 1.

*Ecclesiasticus.*

10 **P**otest Iudex Ecclesiasticus cõsue-  
 tudine, & prescriptione acquirere  
 iurisdictionem in laicos, sed non con-  
 trà. Cochier. & alij. Quòd si sit dubium,  
 cuius sit iurisdictione, Iudex maior, id est,  
 Ecclesiasticus cognoscit. Sanch. & alij  
 5. p. 4. tr. 1. ref. 53. & 64.

11 Quæstio iuris circa decimas ad so-  
 lum Iudicem Ecclesiastic. pertinet. In  
 quæstione autem facti, Iudex laicus  
 competens erit; est enim mixti fori.  
 (Fagund. & alij 3.) Cognitio verò deci-  
 marum quæ secularibus in feudum da-  
 tæ sunt, solius est Iudicis Ecclesiastici.  
 (Azor. & Fagund.) Similiter & laicus  
 conductor decimarum apud solum Iu-  
 dicem Ecclesiastic. est conueniendus.  
 (Azor.) Itemque quando Clerici deci-  
 mas petunt à laicis, qui consuetudine  
 immemorabili eas numquam persolue-  
 rint.

tint. (Fagundez & Azor.) Nec potest Iudex laicus causas illas cognoscere simul cum Ecclesiast. ne titulo quidem compromissi Bonacin. *p. 1. tr. 2. ref. 90. 91. 92. 93. & 94.* Quod si auctoritate Rom. Pontificis decimæ ad sæculares Principes sint translatae contractu permutationis, tunc causa spectat ad Iudicem laicum. La Torre. *p. 3. tr. 1. ref. 50. 12* Ad iudicem tantum Ecclesiasticum spectat causa sponsalium, præsertim quando agitur de illorum valore. Sanchez & alij 2. Item pendente lite super matrimonio, vel sponsalibus, puellam sequestrare ad exploranda reius voluntatem. [Genuens.] Vel quando agitur de possessorio matrimonij. Itē cognoscere an Clericus sit bigamus. *p. 1. tr. 2. ref. 131. 132. 56. & p. 4. tr. 1. ref. 71.*

13 Executio legatorum piorum spectat ad Iudicem Ecclesiast. Bonacin. *p. 4. tr. 1. ref. 99.* Qui etiam quoad alia legata fit executor testamenti, transacto anno à iure concessio aliis executoribus. *p. 1. tr. 2. ref. 99.*

14 Quando clericus clericum instituit hæredem, vel laicus condidit testamentum ad pias causas, publicatio testamenti pertinet ad Iudicem Eccles.

Molina & alij. *ibid.* *resol.* 100.

15 Iudicis Ecclesiast. est de dote puellæ pauperi testamento relicta cognoscere, etiam principaliter & ad instantiam partis. Bobadil. & alij. Item dare tutorem, seu curatorem Clerico minori, vel mente capto. Sed inventarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit, conficere, Iudicis est laici. Cabedo & alij. *ibid.* *resol.* 117. & 95.

16 Potest Iudex Ecclesiast. punire laicum deponentem falsum: sed non contra: quia Iudex Ecclesiast. habet iurisdictionem in laicum ratione periurij Couarru. & alij 3. p. 3. *tr.* 1. *resol.* 60. Similiter quando laicus conuenitur pro bonis & fructibus Ecclesiæ, v.g. si non præstet fructus præbendæ sibi locatæ: aut pro re quam in emphyteusim habet ab Ecclesiâ. *part* 4. *tract.* 1. *resol.* 24. & 56.

17 Iudex Ecclesiast. potest cognoscere de causa laici simul delinquentis cum Clerico: cum enim Ecclesiast. sit dignior laico, ipsius erit utrumque reum iudicare. Layman & alij 6. p. 3. *tr.* 1. *resol.* 1.

18 Non est necesse Iudicem Ecclesiasticum

fficum præmittere censuras, antequam impleret brachium sæculare: si tamen iudex laicus nolit brachium suum præstare, potest ad id cogi per excõm. Barbofa. *p. 1. tr. 2. res. 121.*

19. Etiam si Prælati Ecclesiast. negligentes sint in puniendis Clericis, & causis eiusmodi cognoscendis, non ideo id possunt Iudices sæculares. Layman & alij *5. p. 3. tr. 2. res. 25.*

20. Aduocatio causarũ spiritualium ad laica tribunalia est vetita sub censurâ Bullæ Cœnæ, etiam si auocetur ab aliis Iudicibus Ecclesiast. quàm à Iudicibus Sedis Apost. Filliuc. & alij *2. ibid. res. 55.* Neque Iudices laici auocantes ad se causas Ecclesiast. excusantur ex tolerantia Summi Pontif. quæ nulla est, reclamante Bullâ Cœnæ. Neque ex eo quod Bulla non sit recepta in illâ Prouinciâ: quia Bulla excludit omnẽ prætextum. Bonacin. Præiudicium autẽ cognoscendi causas Ecclesiasticas Principibus concessum à Papa, potest reuocari, utpote odiosum: non tamen sine iustâ causâ, si fuit concessum in remunerationem. Bonacin. *ibid. res. 56. 54. & 57.*

21. Iudex Ecclesiast. potest punire laicos concubenarios, post primam quidem



dem monitionem, pœnâ pecuniariâ, pœnâ verò excomm. post trinam. Notandum tamen concubinatum esse crimen mixti fori. Azor. Sicut & Sacrilegium. Barbof. p. 1. tr. 2. ref. 88. & 81.  
 22. Cognitio vsuræ, quando quæstio est facti, tam pertinet ad laicum Iudicem, quàm ad Ecclesiast. quando verò est quæstio iuris, propriè pertinet ad Ecclesiast. Salon. & alij 12. *ibid.* ref. 78.  
 Hinc potest sub pœnâ excomm. præcipere Iudici sæculari, vt supersedeat executioni contractus, donec decidatur, an sit vsurarius. p. 3. tr. 1. ref. 18.

23. Potest Ecclesiasticus Iudex cognoscere inter laicos de alimētis filio spurio debitis: nam illa causa est mixti fori. Potest igitur spurius petere alimenta coram iudice Ecclesiastico, si velit. Santarell & alij 6. *ibid.* ref. 86.

24. Iudex Ecclesiast. quando relaxat iuramentum ad effectum agēdi, potest simul annullare, & rescindere contractum: quia contractus iurati sunt mixti fori. De Paz & Heuia. *ibid.* ref. 120.

25. In criminibus mixti fori, Iudex Ecclesiast. potest laicos sine auxilio brachij sæcularis in carcerem Ecclesiast. conicere. [Barbof.] Et qui apud hunc

accu-

accusatus est, non potest iterum accusari apud sæculare tribunal, aut si ab illo mitius punitus est, iterum puniri ad excessum pœnæ (Anguiano & Freitas) Quod si Iudex Ecclesiast. in illis causis imploret brachium sæculare, non tenetur ostendere processum: quia ad laicum Iudicem pertinet nuda executio. *ibid. ref. 89. 108. & 109. & p. 4. tr. 1. ref. 61.*

26 Si fit appellatio in causâ decisâ per duos iudices, vnum Ecclesiast. & alterum laicum, faciendâ est apud Iudicem Ecclesiast. quia in illâ appellatione agitur de actu Iudicum arbitratorum, quos laicus non potest iudicare. Bonacin. & alij 2 p. 4. tr. 1. ref. 54.

27 Appellationes quæ dicuntur tuitivæ, & dantur, ne pendente appellatione ad Rom. Curiam contra reum procedatur, non sunt à Iudicibus laicis in causis Eccles. concedendæ; offendunt enim Ecclesiast. libertatem: potest autem Clericus, vel laicus oppressus recurrere in eiusmodi causis ad Iudicem Ecclesiast. qui solus est competens. *R. I. tr. 2. ref. 103.*

28 Inventarium bonorum Episcopi mortui conficere, non spectat ad Iudicem

cem

cem laicum. Barbof. & alij 2 p. 4. tr. 1. ref. 110.

*Laicus.*

29 Iudex laicus de rebus Eccles. non potest incidenter cognoscere: quia est incompetens, & incapax. Potest verò Ecclesiast. Iudex de causis profanis incidenter cognoscere, quia est quidem incompetens, sed non incapax. Abbas & alij. *ibid.* ref. 98. & p. 1. tr. 2. ref. 111.

30 Iudex sæcularis secretò informationem faciens contra Ecclesiasticum in causâ criminali, etiam cum intentione illâ postea præsentandi Prælato, violat immunitatem Ecclesiast. nam se immiscet causis Ecclesiasticorum criminalibus. Filliuc. & Soufa. p. 1. tr. 2. ref. 53.

31 Non est Iudicis laici cognoscere causam in quâ agitur, ut quis v. g. recuperet beneficium à quo est per vim eiectus: hoc enim est Ecclesiast. iuris. Azor. & alij 2. *ibid.* ref. 67. Imò nō potest cognoscere de causâ possessoriâ beneficij. Azor. & alij 9 p. 5. tr. 1. re. 23. Itē nō potest cognoscere de causa hæresis, etiam in questione facti. (Barbof. & alij 6.) & cōsequenter de Apostasiâ, quia hæc nō est peccatū distinctum specie ab hæresi. p. 3. tr. 1. ref. 2. & p. 4. tr. 1. ref. 58. & 12.

32 Filius clerici, qui etiam est clericus, à Principe laico legitimari non potest. Quia legitimatio est actus iurisdictionis. Pontius & alij p. 1. tr. 2. ref. 112.

33 Offendere cursorem, aut alium Episcopi ministrum laicum, non in executione officij sui, sed ex privata inimicitia, crimen est mixti fori. Chartar. & alij p. 6. tr. 8. ref. 3.

34 De adulterio ad pœnam sanguinis solus Iudex secularis est competens; quoad alias verò pœnas, est mixti fori. In causâ verò diuortij, solus Ecclesiasticus Iudex est competens ad cognoscendû de adulterio; vii & cum de solâ separatione ad tempus ob leprâ, vel aliud impedimentum agitur. Sanchez & alij 12 p. 1. tr. 2. ref. 87.

35 Potest Iudex secularis cogere laicum ad condonandam obligationem iuramenti iniuriâ extorti, si id de quo agitur, pertinet ad forum seculare, & non est dubium de turpitudine recipientis. Molina & alij 3. ibid. ref. 116.

36 Iudex laicus potest dirimere controversias ortas inter Confraternitates in processione. Sed an aliquis sit admittendus in confraternitatem, an sit legitimè electus Rector illius, &c.

cogni-

384 *Iudicium temerarium.*

cognitio pertinet ad Episcopum, au  
eius Vicarium. Graffius. p. 3. tr. 1. ref. 70  
Vide *Ecclesiastici. Reus. Testis.*

*Iudicium temerarium.*

**I**T iudicium temerarium fit pec  
catum mortale, debet. 1. forma  
sine iudiciis sufficientibus. 2. ex plen  
deliberatione. 3. certò & sine vllâ for  
midine, quæ omnia rarò concurrunt  
in temerè iudicantibus, plerumque  
enim iudicant cum formidine de  
posito; nullum autem iudicium circa  
certitudinem est peccatum mortale,  
ait D. Thomas. Caietan. & alij 4. p.  
tr. 5. ref. 31. 2. Temerè iudicare aliquem esse spu  
ritum, vel filium Iudæi, non est mortale  
ex materiæ paruitate. Lessius & alij  
quamvis contrarium probabile sit. p.  
tr. 5. ref. 68.

*Iuramentum.*

**I**urare utendo amphibologiis absque  
necessitate, non est peccatum mor  
tale, neque periurium, modò id iura  
mentum non fiat in iudicio, de iudice  
iuridicè interrogat, vel non cedat in  
damnum tertij: quia huic iuramento

deest sola discretio, seu iudicium. Sanchez & alij 2 p. 2. tr. 15. ref. 25.

2 Quod quis audiuit à viro notabili, & fide digno, etsi simpliciter affirmet, & extra iudicium iuret esse verum, non est periurus in foro conscientiae. Sanchez p. 4. tr. 4. ref. 77.

3 Iuramentum promissorium de faciundo peccato veniali, tantum est veniale. Sanchez & alij 8 *ibid.* ref. 160.

4 In iuramento assertorio non datur materia parua. Sanch. & alij 11 p. 5. tr. 5. ref. 4. datur verò in promissorio; nam & violatio voti ex paruitate materiae fit venialis, ergo multò magis iuramenti. Suarez & alij 13 p. 4. tr. 4. ref. 70.

5 Probabile est iuramentum seruandì castitatem, vel ingrediendi religionem, esse dispensabile per Episcopum. Ledesma & alij 2. idemque videtur de iubilæo Leon. Sed contrarium est probabilius: quia omne iuramentum Deo factum includit votum. Pontius & alij 6. *ibid.* ref. 69 & p. 5. tr. 12. ref. 59.

6 Probabile est, iuramentum ex metu, vel dolo adiectum contractibus inualidis, & de iure reprobatis, non obligare. Syluest. & alij 9 p. 4. tr. 4. ref. 28.

7 Iuramentum de seruandis statutis

Bb

Reip.

Reip. Ciuitatis, &c. non extenditur ad statuta quæ in desuetudinem abierunt. Sanch. & alij 6. p. 3. tr. 6. ref. 39.

8 Blasphemix & iuramenta falsa, orta ex prauâ consuetudine, & per inadvertentiam prolata, non sunt peccata mortalia. Suar. & alij 4. Quare ita iurantibus non est absolutio deneganda; sed admonendi sunt vt se accusent de negligentia in hac consuetudine extirpanda. *ibid.* tr. 5. ref. 62.

9 Potest peti iuramentum ab eo qui scitur peieraturus; modò adsit iusta causa petendi. Suar. & Hurtad. p. 5. tr. 7. *resol.* 9.

10 Inducere aliquem ad iurandum id quod ipse ex ignorantia putat esse verum, licet à parte rei sit falsum, non est peccatum; quia ignorantia in illo casu reddit iuramentum honestum. Hurtad. quamuis communiùs contrarium doceant. *ibid.* ref. 14.

L

## LEGATVM.

1 Quando relinquitur alicui legatum sub conditione, v.g. *si non nupsit.*